Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169024-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169024-p0002-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169024-p0003-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169024-p0004-3

1737.
a, b

1. Albinus, Jo. Henricus: De indole dicasteriorum.
2. Berlinellerus, Gebh. Christ.: Ord. jur. . Decanus . lectori benevolo s. p. d. (ad disputationem Johannis Christophori Leudrich invitat.)
3. Berlinellerus, Gebhardus Christianus; Ord. jur. . . Decanus: (ad disputationem solemnem Christiani Gottlieb Seebach invitat)
4. Broker, Henricus: De perjuro judiciale juramentum non deferente.
5. Broker, Henricus: De valida illatorum confessione a marito facta.
6. Claudius, Georg. Christoph.: Singularia reformationis philosophicae Wolffianae de definitione philosophiae
7. Crellius, Christoph Ludovicus: Observationes de probatione bonae mentis.
8. Crellius, Christoph Ludovicus: De bonis receptitiis uxori testamento paterno constitutis.

9. Crellius, Christoph Ludovicus: De senatoribus et quatenus ex eorum factis civitas teneatur.

[9a. Berlinerlerus, Gottl. Christiani, Utr. jur. ... Decanus lectori benevolo s. p. d. (ad dissertationem sollennem Johannis Christophori Lindrich invitat) dublette] ist in Lindrich... mit Nr. 2 identisch

10. Crellius, Christoph Ludov.: De vasallo ad impensas in funus decessoris faciendas in subsidium obligato.

11. Crellius, Christ. Ludov.: Jus militis auxiliarii apud gentes liberas et in S. R. imperio.

12. Crellius, Christoph Ludovicus: Quando curator absentis heredes aeque propinquos a successione excludat.

13. Crellius, Christoph Ludovicus: De animo novandi factis expresso

14. Hoffmannus, Jo. Gulielmus: De lubrico artis diplomaticae

15. Hoffmannus, Jo. Gulielmus: Foedera, quae imperatores Romani cum Francis ante tempora Chlodovei fecerunt.

16. Kraus, Jo. Godofredus, Ord. jur. . . decanus –; lectori benevolo s. p. d. (ad disputationem solemnem Ludovici Mayer invitat)

17. Kraus, Jo. Godofredus: Ord. jur. . . decan.: lectori benevolo s. p. d. (ad disputationem solemnem Joannis Gottlieb Sturii invitat)

18. Kraus, Jo. Godofredus: Ord. jur. . . Decanus –; lectori benevolo s. p. d. (ad disputationem solemnem Joannis Gottlobi Clai. invitat)

19.ᵃ Krausius, Jo. Godofredus: De legato in debitum dandum compensando.

20. Leyserus, Augustinus: De vi privata

21. Leyserus, Augustinus: De vi publica.

22.ᵃ Leyserus, Augustinus: De inculpata tutela.

22.ᵇ Leyser – Leupold

23. Leyserus, Augustinus: De crimine magiae.

24. Leyserus, Augustinus: De discrimine jurisjurandi affectionis in infinitum ac in immensum.

24a: Mayer, Andreas: Phaenomena solis a luna d. 1. Martii tecti et lunae per umbram telluris d. 16

9 Martii obscuratae exponit. --

25. Mencken, Gottfr. Ludovicus: Ord. jurisconsultorum — Decanus (ad disputationem solemnem Adami Henrici Fleischer invitat)

10

26. Mencken, Gottfredus Ludovicus: Ord. ... jurisconsultorum ... Decanus (ad disputationem solemnem Gottfredi Ludovici Mencken invitat)

27. Mencken Gottfredus Ludovicus, Ord. .. jurisconsultorum .. Decanus: (ad disputationem solemnem Leonardi Ludovici Mencken invitat)

28. Mencken, Gottfredus Ludovicus: De poena privationis feudi in vasallum dolo vel negligentia investiturae renovationem non petentem legibus statuta.

29. Mencken, Leonardus Ludovicus: De crimine perduellionis ejusque poena.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169024-p0008-6

30. Specht, Christianus: Quando et quibus liceat aliquem ob expensas non solutas a judicio arcere.

31. Specht, Christianus: De praefectis nobilium judiciis

32. Specht, Christianus: De muneribus, quae propter diem natalem servatoris nostri dari solent.

33. Stentzel, Christ. Godofredus: Ord. med. Decanus: Incommoda commoda vitae ... delineat ac ad ... dissertationem inauguralem Christiani Gottlob Zwynickel invitat.

34. Stentzelius, Christianus Godofredus: De consuetudine altera natura

35. Weidler, Jo. Fridericus: De Mercurio d. 11. Novbr. 1736 sub sole viso.

36. Weidlerus, Joannes Gottlob: De negotiis a falso procuratore gestis eorumque ratihabitione

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169024-p0010-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169024-p0011-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169024-p0012-8

DE

# INCVLPATA TVTELA

*SVB PRAESIDIO*

## AVGVSTINI LEYSERI

I. C.

IN REGIS POLONIARVM ET PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIS AVLA CONSILIARII, IN ACADEMIA VITEMBERGENSI ORDINARII, CONSISTORII ECCLESIASTICI DIRECTORIS IN TRIBVNALI ET SCABINATV PRIMI ASSESSORIS

*IN AVDITORIO ICTORVM*

DIE XIII. DECEMBR. ANNI MDCCXXXVII

DISPVTABIT

## IOHANNES CHRISTOPHORVS DE LEIPZIGER

EQVES SAXO.

*VVITTENBERGAE* LITTERIS SCHEFFLERIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169024-p0013-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169024-p0014-9

## I.

D*efinitio inculpatae tutelae, in articulo Carolino 140. propoſita, manca eſt, atque adeo ſupplenda.*

## II.

*Defenſio ſui etiam defenſionem familiae, inprimis uxoris, complectitur.*

## III.

*Neque nocet patrifamilias, quod uxor vel familia, quam tuetur, auctor rixae vel pugnae fuit.*

Moderatio vel moderamen inculpatæ tutelæ, quarum vocum prior in *L. 1. C. Vnde vi*, poſterior in *c. 18. X. de Homicidio* occurrit, in *articulo Carolino 140.* rubr. Was ein recht Nothwehr iſt, definitur. At hæc definitio, uti pleraque Conſtitutionis Carolinæ capita, manca eſt ac mutila. Tentabimus ergo eius ſupplementum. Atque primum quidem monemus, ea, quæ de defenſione ſui dicuntur, ex recta ratione & juris analogia etiam ad defenſionem familiæ, quæ una quaſi cum patrefamilias perſona eſt, pertinere. Quod inprimis in uxore, quam

defendi a marito æquum eſſe ait Juſtinianus, §. 2. *I. de Injuriis*, dubium non habet. Quamobrem JCti Vitembergenſes menſe Ianuario anni clↄ Iↄ CCXXXIII. moderamen inculpatae tutelae marito prodeſſe, reſponderunt, tametſi uxor, quam defenderat, protervia ſua & convitiis rixam pugnamque concitaſſet. Satis enim illi ad defenſionem erat, quod uxorem in vitae vel ſalutis periculo conſtitutam videret. Flagitia enim perſonarum nobis iunctarum neceſſitudinem ipſam non tollunt, nec officia naturaliter debita, inter quae etiam defenſio eſt, ceſſare faciunt, *Novella 12. cap. 2.* Hat Inquiſit Wittich ausgeſaget; er habe zu der Zeit, da er Schergen den tödtlichen Stich zugefüget, ſich in Lebens-Gefahr zu ſeyn nicht geglaubet, jedoch, er könne ſich, ob er ſeine Frau zu Zeit des Stichs in Lebens-Gefahr geglaubet und ſelbige mit dem Stiche zu retten geſuchet, nicht beſinnen, halte aber vor die beſte Wahrheit zu ſeyn, daß er, indem er den Stich gethan, die Gedancken auf ſein Eheweib nicht gehabt. Ob nun wohl bey ſo geſtalten Sachen die vorgeſchützte Lebens-Gefahr gäntzlich hinweg zu fallen, mithin ein boßhafftiger muthwilliger Todtſchlag übrig zu bleiben, demnach die von GOtt ſelbſt auf die Todtſchläger geſetzte Todes-Straffe alhier ſtatt zu finden, und daß ſolche, ohne eine Blut-Schuld auf Stadt und Land zu laden, nicht gemindert werden könne, ſcheinet; Aldieweil aber ein groſſer Unterſcheid zwiſchen einem boßhafftem, vorſetzlichem Mörder, und einem ſolchem, welcher bey der Entleibung eines Aggreſſoris bloß die Grentzen der Nothwehre überſchritten, iſt, geſtalt der letzte in Ermangelung eines rechten Vorſatzes und Doli ohne Blutſchuld nicht getödtet werden kan, und denn der erſtochene Scherge trunckener Weiſe dem Inquiſitem das Juchzen und Singen auf der Straße verbothen, hierauff, als dieſer ſich nicht daran gekehret, und Inquiſitens Eheweib gar zu ſchelten und zu ſchimpffen angefangen, den Pallaſch gezogen, und damit auf ihn zu hauen Mine gemachet, hiernächſt Inquiſitens Eheweib ſich bey den Händeln mehr, als er ſelbſt, intereſſi-

tereſſiret, obgedachter Maſſen hefftig geſchimpffet, auf dem Mord-Platze herumb geſprungen, und ihren Mann herzu geruffen, bey welcher Bewandniß überaus wahrſcheinlich iſt, daß Inquiſit während dieſer Händel, in welche er unvermuthet gerathen, und wobey er nachzudencken und alles genau zu überlegen weder Zeit noch Gelegenheit gehabt, entweder ſelbſt gehauen zu werden oder doch ſein Weib im Stiche zu laſſen, gefürchtet, alſo bey dem Stiche mit dem Meſſer bloß den Vorſatz, ſich oder ſein Eheweib zu befreyen, und den Entleibten von ſich und ihr abzuhalten, geführet, dieſe Wahrſcheinlichkeit auch dadurch vermehret wird, daß Inquiſit bey damahliger ſpäten Abendzeit unmöglich ſo genau, was der Entleibte mit dem Pallaſche weiter gethan oder vornehmen wollen, wahrnehmen können, anbey in hefftiger Gemüths-Bewegung geweſen, übrigens bey obangeführten Umbſtänden kaum zu vermuthen iſt, daß er ſein Eheweib gantz ohne Gefahr zu ſeyn geglaubet, immaſſen er deshalb noch bey dem letztem Verhöre ungewiß bleibet, und ſich hierbey nur vor der Marter fürchtet; Bey ſolcher Bewandniß wird Inquiſit Wittich nochmahlen vor Gerichte gefodert, und ihm nebſt Zuziehung eines Geiſtlichen ernſtlich zugeredet, GOtt und der Obrigkeit zu Ehren und zu Beruhigung ſeines Gewiſſens ſeine bey Zufügung des tödtlichen Stichs geführte Gedancken wohl zu unterſuchen und zu entdecken, ſodann aber frey geſtellet, ſich vermittelſt Eydes zu reinigen, und, daß er bey Entleibung des verſtorbenen Schergen geglaubt, er oder allenfalls ſein Eheweib ſey in Gefahr von Schergen gehauen oder ſonſt verwundet zu werden, und, daß er die Gefahr von ſich oder derſelben abzuwenden, den Stich gethan, zu ſchwören. Daferne er nun dieſen Eyd entweder von ſich oder auch nur von ſeinem Eheweibe abſchwöret, ſo wird er mit der Todes-Straffe verſchonet.

## IV.

*Etiam defenſio liberorum ad moderationem inculpatae tutelae refertur.*

## V.

*In articulo Carolino 140. ſupplendum eſt: pro conſeruatione ſalutis & ſtatus ſui vel ſuorum.*

## VI.

*Moderatio inculpatae tutelae etiam contra illos recte adhibetur, qui quem vel liberos eius invitos ſine principis iuſſu in militiam trahunt.*

Quod de uxore ante dictum, pertinet & ad liberos, ad quorum defenſionem natura ipſa parentes ſic obligat, ut bruta quoque animalia ad id officium inſtiget, tantis ſtimulis, ut haec ſaepe proprii periculi oblita ad liberationem ſobolis ſuae in praeſentem mortem ruant. Supra iam *in Specimine DLXII. de Odio defenſionis coroll. ult.* dixi, inter omnes, quotquot unquam viderim, reorum excuſationes, a celeberrimis advocatis elaboratas, nullam mihi impenſius placuiſſe ea, quam aliquando homo ruſticanus, a nullo iurisperito adiutus, ex ſuo ingenio protulerit. Is molitor in pago erat, ac filium unicum habebat, qui in militiam quaerebatur, ſed a patre ſtudioſiſſime occultabatur. Tandem vero conquiſitores molendinum ex omni parte circumdant, iuvenemque ex latibulis extrahunt. Tum pater medius inter eos & filium conſiſtens baliſtam profert, mortemque ei, qui filium attingere auſus fuerit, minatur, ac, quum illi tamen inſiſterent, anteſignanum telo traiicit, ac necat. In hoc tumultu filius elabitur, ſed capitur pater, & iudicio ſiſtitur homicidii reus. Nec negat factum, ſed fatetur omnia ingenue, atque tandem de more interrogatus : num defenſorem deſideret; reſpondet : Nein, darzu habe er kein Geld; interrogatus iterum : was er denn ſelbſt zu ſeiner Defenſion anzuführen hätte; reponit : Dieſes einige, daß eine Gluckhenne, welcher man ein Küchelgen nehmen wolle, demjenigen, ſo es angreiffe, in das Geſicht flöge. Dici non poteſt, quan-

quantopere brevis haec defenſio animos iudicum permulſerit, atque ad poenam mitiorem imponendam induxerit. Obiiciebatur equidem, quum in collegio ICtorum Helmſtadienſium menſe octobri anni cIↃ IↃ CCXIV de hac poena deliberaretur, ſpeciem iſtam *articulo Carolino 140.* & propoſitae in eo definitioni planae non convenire, in articulo quippe iſto requiri periculum corporis, vitae, dignitatis & exiſtimationis, **Fährlichkeit oder Verletzung ſeines Leibs, Lebens, Ehr und guten Leumuths**, nihil horum omnium patri, aut filio metuendum, ſed magis incrementum dignitatis ex lectione in militiam ſperandum fuiſſe. At enimvero quis neſcit, militiam ab iis, qui inviti ad eam abſtrahuntur, pro peſte, ac exilio fortunarum ſuarum reputari, & vere il os ex tranquilliſſima vita in perpetuas turbas coniicere. Supplendus itaquc hic iterum eſt *articulus 140.* & addenda conſervatio ſalutis & ſtatus ; Die Erhaltung der zeitligen Wohlfarth. Sic ſcilicet reſponſum fuit : Es ſcheinet zwar, daß die vorgeſchützte Nothwehre den Stich nicht halte, da man nicht ſiehet, daß Angeklagter oder ſein Sohn in Gefahr Leibes, Lebens, Guthes oder Ehre geſtanden. Bey dieſer Bewandniß gewinnet es das Anſehen, ob hätte Löwen alſofort als ein muthwilliger Todtſchläger am Leben geſtrafft werden ſollen; Aldieweil aber eine invaſio, ſo nicht allerdinges zu entſchuldigen iſt, vorher gegangen, immaſſen die geſammte Bürger auf Anordnung des Bürgemeiſter Schmidts, der doch darzu weder ausdrückliche königliche Ordre noch Conſens des übrigen Raths gehabt, des Inquiſiten Sohn, umb welches es ihnen der Zeugen Auſſage nach zu thun geweſen, mit Gewalt hinweg zu nehmen und zum Soldaten zu machen, angekommen, denſelben, da er von der Mühle herunter geſprungen, umringet und angefallen, auch, als er ſich durchgeſchlagen, weiter verfolget, und über den Zaun zu ſpringen gezwungen, ja, da er ſchon hinüber geweſen, weiter nachzuſetzen Anſtalt gemacht, welches alles den Inquiſiten in groſſe

P.50



Furcht und Beſtürtzung geſetzet, da es denn gar wahrſcheinlich, daß er in ſolcher Angſt und Schröcken ſich nicht recht beſonnen, und den Schuß blindhin gethan, auch die Intention den Entleibten, der ohnedes ſein guter Freund geweſen, oder ſonſt jemand umb das Leben zu bringen, eben nicht gehabt, oder, da er ſie ja gehabt, dadurch ſeinen Sohn retten wollen; So haben wir den an Schmollmannen begangenen Todtſchlag vor einen groſſen in der Defenſion begangenen Exceſſ und Löwens Delictum pro lata culpa gehalten, demnach ihm nach Anleitung der Peinlichen Halß-Gerichts-Ordnung *art. 146.* und der Doctrin unterſchiedener Rechts-Gelehrten, vide *Schilterum Ex. ad π. 49. §. 124. Carpzovium P. 4. C. 12. def. 8.* den Staupenſchlag und ewige Landes-Verweiſung zuerkannt.

## VII.

*Moderatio inculpatae tutelae etiam pro ſangvine iunctis locum habet.*

## VIII.

*Nec deſideratur vitae, ſed ſufficit corporis et valetudinis periculum.*

Diximus ſupra, id, quod pro nobis liceat, etiam pro familia licere. Familiae vox, ſi ſtricte accipiatur, paucas perſonas comprehendet. Sed, quum defenſio maximum favorem habeat, recte faciemus, ſi in re favorabili ampliorem ſignificationem admittimus. Quum igitur Vlpianus in *L. 195. §. 4. de Verborum ſignif.* familiam appellet plurium perſonarum, quae ab eiusdem ultimi genitoris ſangvine proficiſcuntur; nec nos peccabimus, ſi inculpatam tutelam ad perſonas, extra domum conſtitutas, ſed ſangvine iunctas, extendimus. Nec vitae periculum in his deſideramus, verum corporis ac valetudinis ſufficere, credimus, *arg. art. Carolini 150.* verbis: Zu Rettung eines andern Leib, Leben

Leben oder Guth. Quamobrem, quum frater pro tutela fratris adgreſſorem interemiſſet, ICti Helmſtadienſes menſe iulio anni cIↄ Iↄ CCXVI. interfectorem plene abſolverunt, quamvis teſtis, an frater in vitae periculo fuiſſet, interrogatus, ſe hoc quidem animadvertiſſe negaret, ſed vapulaſſe illum ſaltem diceret: Chriſtoph Oſterdrop hat durch einen Zeugen, wieder deſſen Perſon Fiſcalis nicht das geringſte einzuwenden vermag, dargethan, daß er bey der mit Ortlieben vorgegangenen Schlägerey in allen Stücken das moderamen inculpatae tutelae in Acht genommen. Ob nun wohl Fiſcalis dagegen anführet, es könne dieſer Zeuge die zwey Haupt-Umſtände, daß nemlich des Inquiſiti Bruder in wahrhaffter Lebens-Gefahr geweſen und Ortlieb ſelbſt in des Inquiſiti Degen eingelauffen, nicht gründlich bejahen; Wannenhero es das Anſehen gewinnet, ob wäre Inquiſit viel eher zu verdammen, als loos zuſprechen geweſen. Aldieweil aber, eine begangene Entleibung zu entſchuldigen, genung iſt, daß der Thäter ſolche bey Rettung eines andern Leibes oder Geſundheit verübet; So ſeynd wir, den gegebenen Beſcheid leediglich auch wegen der Atzuugs-Koſten, als welche ein obwohl unſchuldig befundener Inquiſit tragen muß, zu beſtätigen bewogen worden.

## IX.

*Tunc tamen, quum periculum, quod depellitur, exiguum fuit, & ſine caede depelli potuiſſet, occidens propter exceſſum proxima ab ultimo ſupplicio poena adficitur.*

## X.

*Iuſſus patris filium homicidam ab ultimo ſupplicio non liberat, bene tamen defenſio patris.*

In *ſpecimine CLXVIII. de Iuſſu medit. ult.* exemplum commemoravimus filii, qui, patre iubente, hominem occiderat, a ICtis Vitembergenſibus ab ultimo ſup-

ſupplicio liberati. Cave tamen, inde regulam confi-
cias. Iuſſus patris poenam homicidii mitigat. Nos
eam non admittimus, nec ſolum iuſſum patris ICtos, ut
ſic iudicarent, moviſſe credimus. Movebat magis eos
humanitatis ratio, quae in iſta ſpecie ſingularis erat, atque
dolum excludebat. Apparebit ea ex ipſius ſententiae ver-
bis, quae in illo Specimine de Iuſſu omiſſa hic ſupplebimus:
Hat Inquiſit (filius) in guten bekannt und geſtanden, daß, als
ſein Vater Hans Jacob Erdmann mit dem entleibetem Andreas
Wagnern in Zanck und Schlägerey gerathen, und Er darzu kom-
men, Er den Entleibeten mit drey Stichen verwundet, und es iſt
der Verwundete Andreas Wagner darauf an ſolchen zugefügten
Stichen geſtorben. Dieweil aber Inquiſit Andreas Erdmann zu
ſeiner Entſchuldigung anführet, auch aus der Zeugen eydlichen
und ſummariſchen Auſſage zu befinden, daß der Entleibete nebſt
dem Fuhrmann auff ſeinen (Inquiſiti) Vater zugeſchlagen, und
„daß Inquiſiten ſein jüngerer Bruder den Vater zu retten geruffen,
„der Vater auch Inquiſiten ſelbſt zugeſchrien: ſtich zu, ſtich zu; und
„alſo der verhafftete Andreas Erdmann aus natürlicher Liebe zu
„ſeinem Vater, auch auff deſſelben Geheiß, damit Er ſeinen
„Vater retten möchte, dem Entleibetem die Stiche zugefüget;
„So erſcheinet daraus ſo viel, daß Inquiſit Andreas Erdmann
„zwar mit der ordentlichen Todes-Straffe zu verſchonen, Er
„wird aber mit Staupen-Schlägen des Landes ewig nicht unbil-
„lig verwieſen, V. R. W. Finge ſcilicet, te filium rixae &
luctae patris ſupervenire, patrem humi proſtratum ſub ad-
verſario, homine peregrino & incognito, iacere, vapulare
& opem tuam implorare, tibi vero gladium ad manus eſſe.
Ferreus profecto eris, ſi te contineas. Subitus irae impe-
tus, filialis amor, metus pro vita patris & hortatio pa-
terna nulli deliberationi locum relinquunt. Aberit ergo
in tanta perturbatione ac affectuum confuſione animus
occidendi.

XI

XI.

*Etiam pro ſociis a periculo liberandis moderatio inculpatae tutelae admittitur.*

XII.

*Si quidem ſocietas honeſta & iuſta eſt.*

XIII.

*Combibo, combibonem in pugna ab hoc petulanter excitata iuvans, hominemque pro illo ſervando obtruncans, ab ultimo ſupplicio non liberatur.*

Inciderat quis in rixam & pugnam innocens, ac verberibus male mulctatus ſeſe in tutum receperat, ſed ſocios ſuos, qui pro ipſo liberando ante accurrerant, adhuc laborare & vapulare, animadvertens revertitur ad certamen, pugnamque inſtaurat, ac in ea auctorem proelii obtruncat. In ius vocatus moderationem inculpatae tutelae obtendit, ſed fruſtra primum. Nam ICti, ad quos acta mittuntur, illum ad mortem damnant, rationemque ſententiae ſuae in hoc ponunt, quod moderatio inculpatae tutelae usque ad receptum durarit, reverſo autem prodeſſe non poſſit, ſed *articulus Carolinus 148.* cum quo *conſtitutio elect. Sax. 7. Part. 4.* accurate convenit, ei manifeſte obſtet, verbis: So aber etliche Perſonen ungeſchickt in einem Schlagen oder Gefecht bey einander wären, einander helffen, und jemand alſo ohn genugſam Urſach erſchlagen wird: So man dann den rechten Thäter weiß, von des Hand die Entleibung geſchehen iſt, der ſoll als ein Todtſchläger mit dem Schwerdt zum Todt geſtrafft werden. Damnatus appellat & impetrat, ut aliud collegium conſulatur. Electi ad hoc ICti Helmſtadienſes menſe aprili anni cIↄIↄ CCXIX. reum ab ultimo ſupplicio hunc in modum abſolvunt: Daß Inquiſit Müller, geſtalten Sachen nach, zwar mit der Lebens-

Straffe zu verſchonen, jedoch, nach abgeſchwohrnen Urpfeden, des Landes auf 2. Jahr zu verweiſen, und zu Erſtattung der durch dieſe Inquiſition verurſachten Unkoſten anzuhalten, auch Chriſtian Blanckenhagen mit 2. tägigem Gefängniſſe oder um einen Thlr. zu beſtraffen ſey. V. R. W. Rat. Dec. Die Urſachen, welche uns bewogen, von der in vorigem Urthel erkannten Lebens-Straffe abzugehen, beſtehen darinnen, daß 1) der erſchlagene Loßmann ſo wohl den Zanck als die Schlägerey ohne alle gegebene Urſach angefangen, hiernächſt 2) unſer Inquiſit anfänglich wegen der Rieſenhafftigen Stärcke des Loßmanns, womit er 4. biß 6. Männer bezwingen können, in Gefahr ſein Leben oder Geſundheit zu verlieren geſtanden, auch 3) des Loßmanns Stock, aller Zeugen Auſſage nach, ein zum todtſchlagen geſchicktes Werckzeug, alſo 4) der von Inquiſitem ergriffene Hebebaum von jenem nicht ſonderlich unterſchieden, und auf beyden Seiten faſt gleiche Waffen geweſen, ferner 5) des Inquiſiten Zurückkunfft, nachdem er einmahl aus dem Getränge und der Gefahr geweſen, theils 6.) mit der kurtzen Zeit, welche ihm nicht verſtattet ſich recht zu beſinnen, theils 7) mit dem fortwehrendem Eyfer und der aus den unſchuldig erlittenen Schlägen entſtandenen Erbitterung, theils und fürnehmlich 8) damit, daß Inquiſit einiger Maſſen Urſach gehabt, wieder zu kommen und den ſeinethalben in die Schlägerey gerathenen und durch das Wüthen der Soldaten in ziemlicher Gefahr ſteckenden Krüger und andern Leuten beyzuſpringen, entſchuldiget wird. Bey ſolcher Bewandniß findet die Todes-Straffe keine ſtatt, und kan Inquiſit wegen der in der Defenſion begangenen Exceſſe höher nicht, als mit einiger Landes-Verweiſung und Erſtattung der Inquiſitions-Koſten, angeſehen werden. Was endlich Blanckenhagen betrifft, ſo iſt derſelbe ziemlich überführet, kan auch ſelbſt, ungeachtet er ſich deſſen nicht recht beſinnen will, nicht völlig läugnen, daß er Müllern den Hebebaum in die Hände und dadurch zu dem erfolgtem Todtſchlage Gelegenheit gegeben, weshalben wir ihm gleichfalls einige Straffe auferleget.

632

Scilicet negari non poterat, inculpatam tutelam, quod ad ipſum reum, poſtquam hic ſe in tutum receperat, ceſſaſſe, nouamque, quam reverſus inſtaurarat, pugnam cum prima confundi non debere. At enim vero in nova hac pugna nova inculpatae tutelae moderatio intercedebat. Socios, qui pro illo liberando periculum adierant, niſi ingratiſſimus, deſerere non poterat. Ergo, dum reverſus erat, officium ſuum fecerat, nec mortem, ſed, quod limites defenſionis aliquantulum exceſſiſſet, modicam coercitionem meruerat. Verum, dum inculpatam tutelam ad ſocios extendimus, ſocietatem utique iuſtam & honeſtam ſupponimus. Inhoneſta enim nemini prodeſt. Memorabo exemplum: Combibones nonnulli, ex popina in urbem redeuntes, obviam habent opilionem, quem unus illorum petulantiſſime laceſſit ac ad pugnam provocat. Opilio ſeſe armis, quae iſti hominum generi familiaria ſunt, tuetur, pedum ſcilicet librat, ac moloſſum concitat, & ſic adverſarium in magnas anguſtias compellit; quod animadvertens alius compotor ſtricto ferro accurrit, opilionem transfigit, & ſic ſocium a periculo liberat, ipſe vero in vincula coniectus ac in iudicium deductus, ſe inculpatam tutelam ſocii ſuſcepiſſe, dicit. Et fuerat utique ſocius in aliquo periculo. Verum ipſe in hoc per laſciviam irruerat, & ſocietas compotationis inhoneſta erat. Igitur ICti Helmſtadienſes menſe decembri anni cIↃ IↃ CCXIX. auxiliatorem ad mortem damnarunt; Wird der Studioſus George Wagner eines an dem Schäfer-Knechte, David Vaßhauern, begangenen Todtſchlages beſchuldiget, demnach zu wiſſen verlanget, ob gegen denſelben die ordentliche Todes-Straffe ſtatt finde. Nun führet er zwar zu ſeiner Defenſion an, daß er alhier eine Nothwehre wieder den von dem Entleibtem losgelaſſenen Hund und zum ſchlagen aufgehobenen Schäferſtock begangen; folglich gewinnet es das Anſehen, ob ſey Wagner geſtalten Sachen nach mit der ordentlichen auf die Todtſchlä-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169024-p0025-0

ger geſetzten Straffe zu verſchonen. Alldieweil aber Wagner, wenn er ſchon das Schelten nicht angefangen, gleichwohl dem den Streit gantz liederlicher Weiſe ohne alle gegebene Urſach anfangendem Delio ſich beygeſellet, auf die Schäfer-Knechte mit bloſſem Degen loßgegangen, und dadurch ſich mit zu einem Urheber des Streits gemacht, alſo, indem er ſich der von einem andern angefangenen unrechtmäßigen Händel theilhafftig gemachet und Vaſhauern den bloſſen Degen vorgehalten, doloſe in re illicita verſiret, demnach vor alles daraus entſtandene Unheil, welches er leichtlich voraus ſehen können, zu antworten ſchuldig iſt ; So iſt nichts vorhanden, welches George Wagnern von der ordentlichen Straffe der Todtſchläger befreyen könne.

XIV.

*Moderatio inculpatae tutelae etiam pro innocente, nobis nec ſangvine nec foedere iuncto, admittitur.*

XV.

*Factum Moſis, Aegyptium obtruncantis, non excuſabile ſolum, ſed iuſtum & imitandum eſt.*

XVI.

*Inter liberas quoque gentes defenſio & liberatio innocentis, iniuſte invaſi aut oppreſſi, iuſta eſt belli cauſſa.*

Maxima lis eſt, an hoc, quod alicui pro ſe, familia, uxore, liberis, ſociis ac foederatis licet, etiam pro aliis, cum quibus nulla ei neceſſitudo & coniunctio intercedit, innocentibus & a potentiore oppreſſis ac in periculum coniectis, liceat ; in qua decidenda etiam theologi diſſentiunt, atque in tres partes abeunt. Materiam contentionis illis ſuggerit Moſes, qui *Exodi II, 11, 12.* homini Hebraeo, ab Aegyptio vapulanti, ſuppetitas ferens, poſtquam huc illuc-

ve circumſpexiſſet ac neminem adeſſe videret, Aegyptium obtruncavit & arena obruit. Diſſenſionem antiquorum patrum, theologorum & moraliſtarum ſuper iuſtitia huius facti verbis *Calovii in Bibliis illuſtratis ad h. l.* referam: *Num*, ait ille, *peccarit in eo Moſes, diſquiritur. Peccaſſe nonnulli putant, quod* privatus *fuerit &* vindictae cupiditate abreptus *id fecerit, ideoque etiam meticuloſus ea in re huc illuc circumſpexerit, an aliquis eum videret, & occiſum abſconderit. Quibus annuit* Aug. *l. 22. contra Fauſt. Manich.* Conſulta aeterna lege reperio, non debuiſſe hominem a Moſe, qui nullam ordinatam poteſtatem gerebat, quamvis iniurioſum & improbum, occidi: *& Hilar. l. 5. de Trinit. qui* affectui *id tribuit, &* quod neſciverit Moſes Deum paternarum benedictionum: *adde* Oecumenium *in Epiſtolam Iudae, qui tradit,* diabolum in certamine cum Michaele ipſi obieciſſe, Moſis corpus ſepultura indignum eſſe, quod Aegyptium interfeciſſet. Alii *ab homine privato quidem id factum dicunt, & citra extraordinarium impulſum, ſed absque peccato; ſive quod ex communi humanitatis officio id debuerit Moſes, uti* Ambroſ. *l. 1. de offic. c. 36. cenſet,* quoniam qui non repellit a ſocio iniuriam, ſi poteſt, tam eſt in vitio, quam ille, qui facit, *ſive quod cum moderamine inculpatae tutelae Aegyptium occiderit, quae eſt* Thomae *ſententia 2. ſecundae qu. 6. art. 6. ad ſecundum, quo etiam inclinat* Burgenſis, *Caiet. ut & Toletus, in Luc. 10. annot. 27. quia tunc non erat iudex, qui poſſet iniuriam auertere, & iniuria erat praeſens, nec moram patiebatur: unde Moſis fuit, ſubvenire.* Haec Calovius, qui tamen neutri parti accedit, ſed ipſe tertiam ac mediam viam eligit: *Sed,* inquiens, *quia nunquam id vitio Moſi vertitur in Scriptura, imo Protomartyr Stephanus a Deo motum fuiſſe teſtatur Act. 7, 25.* exiſtimabat autem intelligere fratres, quoniam Deus per manum ipſius daret ſalutem illis, at illi non intellexerunt: *ex conſcientia vocationis ſuae, ad liberandum populum, id feciſſe Moſen, dubi-*

randum non eſt, & aperte dicit Stephanus : ἐποίησεν ἐκδίκησιν fecit vindictam : *privatam autem vindictam non laudaſſet utique; haec enim legitime fieri non poteſt Rom. 12,19. ideo ut perſona publica autoritate ad hoc facinus* extraordinarie *divino impulſu ad iuſtam vindictam exercendam ſtipata conſiderari debet, ceu futurus liberator populi, quod utrumque apertum eſt ex verbis Protomartyris. Exemplum ergo illud non fuit commune, ſed* prorſus ſingulare, *quod ad* admirationem *proponitur, non ad imitationem, niſi eorum, qui eodem impelluntur Spiritu.* Et paulo poſt ſubiicit : *Fecit id reſpiciens primum huc illuc, unde colligas, quaſi de facto ſuo trepidarit, neque certus fuerit, ſe a DEO ad id permotum fuiſſe.* Fluctuant in eadem quæſtione decidenda etiam iuris naturae doctores. *Pufendorfius* certe *in commentariolo de Officio hominis & civis lib. 1. cap. 5. §. 15. Quodſi quis,* ait, *praeter facultatem nocendi etiam voluntatem oſtendat, non quidem adverſus me ſed alium, non ideo ſtatim meo nomine eum invadere ultro poſſum; niſi ad auxilium alteri, qui iniuſte a potentiore invaditur, ex foedere tenear.* Poſtea vero *in lib. 2. cap. 16. §. 11. Denique,* inquit, *ubi nulla alia ratio eſt, vel ſola communis cognatio ſufficere poteſt, ut iniuſte oppreſſum, noſtra auxilia implorantem, quantum commode facere poſſumus, defenſum eamus.* Et haec poſterior Pufendorffii ſententia verior eſt, quin nec Ambroſii de facto Moſis iudicium nec temperamento Calovii opus habet, nec peccabunt, qui factum illud Moſis imitabuntur. Obligat nos natura, ut aliorum vitam, bona, exiſtimationem, quantum poſſumus, conſervemus. Quam naturalem obligationem iniuſta adverſarii invaſio ac oppreſſio non minuit profecto, ſed auget magis. Agnoſcunt hanc naturalem obligationem iura civilia, atque moderationem inculpatae tutelae etiam ad defenſionem innocentis *in articulo Carolino 150.* extendunt : **ſo einer zu Rettung eines andern Leib, Leben oder Guth, jemands erſchlägt.** Inter liberas quoque

que gentes defenſio innocentis, etſi nullo foedere iuncti, pro iuſta bellandi cauſſa reputatur. Si antiquiſſimum exemplum vis, *Livium lib. 7. cap. 29, 31.* & *32.* conſule, ſi recentius paulo, bellum illud Germaniae tricenarium, cui Guſtavus Adolphus, Suecorum rex, humanitatis cauſſa interceſſit, ut ab innocentibus Germaniae ordinibus imminens iugum excuteret & religionis laborantis periculum averteret, recordare, ſi recentiſſimum, bellum illud, quod Ludovicus XIV, Galliarum rex, Belgis anno 1672. ſine omni cauſſa intulit, ad quod reprimendum, tanquam ad vicinum incendium exſtinguendum, Germani aliaeque gentes accurrerunt, contemplare. Quin multi eo progrediuntur, ut, poſſe principem civibus alienis, a principe ſuo contra ius & fas oppreſſis, auxilium contra legitimum dominum ferre, contendant, *Stephanus Iunius Brutus in vindiciis contra tyrannos quaeſt. 4, Albericus Gentilis de Iure belli lib. 1. cap. 16. Grotius de Iure belli ac pacis lib. 2. cap. 25. n. 8,* quibus *Zieglerus* noſter *in Iuribus maieſtatis lib. 1. cap. 33. n. 56.* accedit, atque ſaltem temperamentum hoc addit, non ſufficere qualemcunque vim & iniuriam, ſed atrociſſimam requiri, ac ſaltem cauſſam debere eſſe evidentiorem.

XVII.

Verba: überlauffen, anfechten, ſchlagen, *optima ratione in articulo 140. disiunctive ponuntur, ſingulaque ſingularem ſignificationem habent.*

XVIII.

*Vim patitur & ille, qui laceſſivit & offendit, quemque offenſus ſine omni neceſſitate ſtricto telo in vitae periculum coniicit.*

XIX.

*Igitur auctor etiam rixae moderationem inculpatae tutelae allegare poteſt.*

Verba

Verba *in principio articuli Carolini 140.* poſita: überläufft/ anficht, oder ſchläget; non quidem ſupplemento, ſed tamen explicatione egent. Non temere quippe Carolus iſta verba disiunxiſſe videtur. Supponit ſcilicet vim ei, qui inculpatam tutelam obtendit, illatam. Id vero triplici modo contingere poteſt, primum, ſi caeſus alterum ex improviſo adortus eſt, überläufft, deinde, ſi caeſus non ex improviſo, ſed in rixa, quam ipſe ante excitavit, telum contra alterum ſtrinxit, adeoque auctor rixae & pugnae fuit, anficht, denique, ſi caeſus, ante laceſſitus, citra neceſſitatem alterum, a quo offenſus fuit, telo arrepto in vitae diſcrimen adducit, ſchläget: Conſtat hinc, auctorem rixae aliquando moderationem inculpatae tutelae allegare poſſe, quod & alii ante me, *Brunnemannus ad L. 4. Ad L. Aquiliam n. 3. Bergerus in Iurispr. crim. pag. 101.* obſervarunt, ac argumento *legis 52. §. 1. Ad L. aquiliam*, verbis: *culpam penes eum, qui prior flagello percuſſit, reſidere*, firmarunt, ſed tamen novum pondus ſententiae ſuae ex iſtis *articulo 140.* verbis addere potuiſſent. Igitur ſic ICti Helmſtadienſes menſe novembri anni cIↄ Iↄ CCXII. reſponderunt: Hat Friedrich Chriſtian Nollbeck einen Papiermacher, Frantz Schwerdtfegern, von welchem er vorher an den Kopff durch einen Stock hefftig geſchlagen worden, mit dem Degen alſo verwundet, daß er nach Ablauff dreyer Tage und ohngefehr 8. Stunden verſtorben. Wird demnach zu wiſſen verlanget, ob beſagter Nollbeck dieſer That halber am Leben geſtraffet werden könne. Nun ſeynd zwar unterſchiedliche Umbſtände vorhanden, welche denſelben ziemlich hart zu graviren ſcheinen. Denn anfänglich hat der Verſtorbene ſelbſt wenig Tage vor ſeinem Tode auf ſeinem Krancken-Bette Nollbecken beſchuldiget, daß er Urheber des Streits geweſen, und ihm mit unhöfflichen Worten begegnet. Wannenhero es das Anſehen gewinnet, ob ſey Friedrich Chriſtian Nollbeck vor einen böslichen Todtſchläger zu halten, und mit der ordentlichen Todes-Straffe zu belegen.

Alldieweil aber kein einiger Zeuge von dem wahrhafftem Urſprunge und Urheber des Streites etwas auszuſagen weiß, und dasjenige, was der Verſtorbene dieſerhalben auf ſeinem Todt-Bette vorgegeben, keinen Glauben findet, weil derſelbe bey der vorgegangenen Action ſtarck betruncken geweſen, und damahlen, daß er den Anfang des gantzen Handels ſelbſt nicht wiſſe, ſondern mit Nollbecken davon reden wolle, geſaget; bey welcher Bewandniß, und da de auctore rixae keine Gewißheit zu haben iſt, auf den auctorem pugnae geſehen werden muß, welches denn der verſtorbene Schwerdtfeger ſonder Zweyfel geweſen, indem derſelbe Nollbecken, ehe dieſer den Degen entblöſſet, mit dem Stocke hefftig auf den Kopff geſchlagen, und aber bewehrte Rechts-Lehrer behaupten, daß auch ein Auctor rixae, dafür doch Nollbeck alhier nicht einmahl gehalten werden mag, wenn er nicht zugleich auctor pugnae iſt, mit der ordentlichen Straffe der Todtſchläger nicht beleget werden könne; wobey denn ferner zu Nollbecks Entſchuldigung nicht wenig beyträget, daß derſelbe von dem hefftigem und der Zeugen Auſſage nach auch gefährlichem Schlag gantz betäubet und taumelicht worden, alſo, da der ſtarcke Trunck darzu gekommen, nicht recht gewuſt, was er gethan, immaſſen auch der animus occidendi daher hinweg zufallen ſcheinet, weil er den Degen gleich nach empfangenem Schlage, da doch der Zorn am hefftigſten geweſen, freywillig von ſich gegeben, und ſich bereits zum wegreiten reſolviret gehabt, dieſes auch vermuthlich gethan haben würde, daferne nicht Schwerdtfeger, aller ihm von unterſchiedenen Perſonen geſchehenen Warnung ungeachtet, zurück gekommen und dadurch Gelegenheit zu der neuen und letzten Action gegeben; So erſcheinet demnach aus den angeführten Umbſtänden und Rechts-Gründen ſo viel, daß Friedrich Chriſtian Nollbeck mit der ordentlichen Todes-Straffe zu verſchonen ſey.

## XX.

*Adulter & fur ius cum caede reſiſtendi non habent.*

Cave, doctrinam, in §§. *18. & 19.* propoſitam, ad eos, qui iure occidi potuiſſent, atque adeo reſiſtendi ius nullum habent, fures adulterosve, extendas. Aliqui nempe ICti in permittendis homicidiis nimis faciles ſunt, ac contendunt, eos, qui in delictis graviſſimis deprehenſi legibus permittentibus occidi poſſunt, licite reſiſtere atque eos recte interficere, quibus ipſorum caedes permiſſa eſt. Ita *Molina de Iuſtitia & Iure Tom.IV. Diſp.15. §.1.* exiſtimat, eum, qui in adulterio cum alterius uxore reperitur, poſſe e medio tollere maritum vitae periculum intentantem. *Idem §. ſequenti* aſſerit, furem, ſi vita eius in periculo ſit, iure vita privare eum, a quo periculum ipſi imminet. Sed impium eſt, talia defendere atque adultero & furi permittere, ut delicta cumulent. Illis certe, quibus leges poteſtatem occidendi alios in delictis atrocibus concedunt, eaedem etiam ſecuritatem praeſtant, neque illorum caedem impunitam relinquunt.

XXI.

*Invaſus, qui per fugam elabi poterat, ſi haec fuga ei ignominioſa futura eſt, ad eam capeſſendam non obligatur, nec, ſi inuaſorem occidat, moderamen inculpatae tutelae excedit.*

XXII.

*Ille tamen, qui ſine omni, vel magno ſaltem, dedecore fugere poteſt, ad fugiendum obligatur.*

XXIII.

*Neque Germani ſingulare prae aliis nationibus quod ad fugam ius habent.*

XXIV.

*Fuga viro forti non ſemper ignominioſa, ſed aliquando honorifica & decora eſt.*

Peccant

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169024-p0032-9

Peccant, qui invaſum nunquam ad fugam capeſſendam obligari putant. Multi exiſtimant, homicidium neceſſarium eſſe atque impune relinquendum, ſi quis invaſus fugere ſecure quidem potuit, id tamen non fecit, veritus, ne fama atque exiſtimatio ipſius minueretur, ſed adgreſſorem caede potius repulit. Defendunt ſententiam hanc ex *Conſt. crim. art. 140.* ubi Imperator ait: So einer jemand mit einem tödtlichen Wehr oder Waffen überläufft, anficht oder ſchlägt, und der benöthiget kan füglich ohne Fährlichkeit ſeines Leibs, Lebens, Ehr und guten Leumuths nicht entweichen, der mag ſein Leib und Leben ohn alle Straffe durch eine rechte Gegenwehr retten. Non equidem *Zicritzio* & aliis quibusdam Conſtitutionis Carolinae interpretibus aſſentimus, qui verba iſta, Leibes, Lebens, Ehr und guten Leumuths, coniunctim accipienda eſſe putant, atque invaſo, qui vitam ſuam fuga ſervare poteſt, neceſſitatem fugiendi imponunt, etſi omnis exiſtimationis ſuae iacturam ita ſit facturus. Potius cum *Struvio de Vindicta privata c. 4. aph. 7. num. 5.* exiſtimamus, tunc fugam licite omitti, ſi quis ſibi fugiendo ſummum dedecus inureret, & ſe quaſi inutile ejus, in qua conſtitutus eſt, ſocietatis membrum redderet. Si enim dux bellicus aut alius equeſtris dignitatis vir in aula principis degens invadatur, illi certe, etſi commode per fugam elabi poſſet, fugere tamen inconſultum foret. Tantum quippe per fugam opprobrium incurreret, ut neceſſe ipſi foret, illud, quod elegit, vitae genus deſerere, atque inter infimae ſortis homines inpoſterum latere. Ad hoc autem nulla nos lex obligat, ut cum iactura famae fortunarumque noſtrarum vitam hoſtis noſtri conſervemus. Sed haec doctrina, quod aliquos facere animadvertimus, nimis extendenda non eſt. Sunt enim, qui neminem plane, inprimis Germanum, cuiuscunque conditionis hominem, ad fugam capeſſendam obligari volunt. Audiamus *Beſoldum P. 6. Conſil. 291. n. 28.*

*Fuga cuilibet, qui ſe defendere poteſt, cenſetur eſſe ignominioſa, et infamia aliqua adficere eum, qui hac ratione ſe defendit. Quod adeo verum eſt, ut inſultatus ab alio non ſolum fugere non teneatur, ſed & inſultantem impune dicatur occidere poſſe, etiamſi fugiendo periculum evadere poſſit. Et haec omnia eo magis locum habent in homine Germano, qui inſultatus fuit. Nam Germanorum non eſt, fugere, ut ait* Barthol. Romuleius in L. ut vim num 61. *ubi hinc expreſſe infert, illud argumentum, quod ignominioſum ſit fugere, & melius ſit non vivere, quam vitam infamem ducere, maxime procedere apud Germanos. Et tandem addit,* Zaſium *dicere, quod ſententia* Bartoli *& aliorum, qui tenent, fugiendum eſſe, ſi ſine periculo vitae quis fugere poſſit, non habeat locum apud Germanos.* Verum enim vero durum & humanitati omni adverſum eſt, humanas victimas immolare exiſtimationi ſuae, tunc, quum eius iactura vel exiguum damnum infert, vel facili negotio ſarciri poteſt. Leve detrimentum ſentiet inferioris conditionis homo, ſi vel maxime illi, quod fuga ſibi conſuluerit, obiiciatur. Intra breve tempus vanae iſtae populi voces plane evaneſcunt, neque ipſe propterea aut ordine ſuo movebitur, aut e collegio, in quo fuit, eiicietur. Neque ridiculae, de ſingulari Germanorum prae ceteris gentibus fortitudine perſvaſioni tantum tribuendum eſt, ut pro illa ſtabilienda caedem hominum permittamus. Sic igitur ICti Helmſtadienſes menſe iulio anni cIↃ IↃ CCXVI. reſponderunt: Daß ſämmtliche Inquiſiten, in Anſehung der von ihnen ziemlich beygebrachten Nothwehre, von der Inquiſition zu entbinden, gleichwohl wegen des darinnen begangenen Exceſſes, daß ſie nicht, wie ſie allen Umbſtänden nach gleich andern wohl thun können, entflohen, jeder 2. Thl. zu milden Sachen zu erlegen ſchuldig, oder 4. Tage lang im Gefängniſſe mit Waſſer und Brodt zu ſpeiſen, überdies zu Erſtattung der Proceſſ Unkoſten anzuhalten. V. R. W. Et tantum abeſt, ut fuga nobili principique viro ſemper

ſigno-

ignominioſa ſit, ut potius, ſi circumſpecte capeſſatur, prudentiae laudem ac honorem fugenti conciliet, obſtinata defenſio autem, ubi ſpes nulla vincendi adeſt, deſperatio magis aut inconſulta temeritas dicenda ſit. Nemo profecto cordatus vanam iſtam gloriae appetitionem probabit, qua Iudas *1. Maccabaeorum IX, 10.* inſtante copioſiſſimo hoſtium exercitu, a ſociis deſertus, cum paucis, qui reſtiterant, certam mortem appetere, quam fuga ſuae ſuorumque ſaluti conſulere, maluit. Prudentius longe Carolus M. apud *Gobelinum Perſonam in Cosmodromio aet. VI. cap. 38.* a Saxonibus uſque ad flumen Magonum fugatus cum exercitu flumen tranſiit ac evaſit: *Melius eſt*, inquiens, *dicere: Carolus fugit coram inimicis; quam: Carolus interfectus eſt ab inimicis.* Eleganter auctor des Froſchmäußlers, qui ingenioſiſſimis apologis ſuis Phrygum Aeſopum & Gallorum Fontainium longe poſt ſe relinquit, *Part. 2. cap. 6.*

Der war klug, der Lauffen erdacht.
Das hat mich offt aus Noth gebracht.
Die Kunſt brauch ich für all Gefahr,
Hab ſie probiret, und funden wahr.
Drumb wenn ich ſpür, daß meine Feind
Mir etwas überlegen ſeynd,
So kriech ich durch ein Loch hinaus,
Verſteck mich wie eine frembde Mauß.
Oder ſpring hinan die Bäum und Mauren,
Kan ich daſelbſt denn auch nicht dauren,
Alsdenn bitt ich erſtlich umb Gnad,
Will die auch gar nicht finden ſtatt,
So wehr ich mich ohn alle Scheue,
Beiß und reiß wie ein brüllend Löwe,
Daß, wo ich mich nicht ſolt erwehren,
Doch ſterben mög fürm Feind mit Ehren.

## XXV.

*Inculpata tutela pro ſola rerum conſervatione, etſi nullum vitae periculum appareat, recte adhibetur.*

## XXVI.

*Igitur fur & raptor impune occiduntur.*

## XXVII.

*Peccant tamen, qui caedem furis ſine diſcrimine permittunt.*

Conſiderabimus, poſſitne quis furem vel alium quemlibet invaſorem non vitae & pudicitiae, ſed rerum tantum modo ſuarum conſervandarum cauſa, interficere. Ius naturae nec non lex divina *Exodi XXII*, 2. quin & Romana in *L.1.C.Vnde vi*, item Carolina in *articulo 150.* hoc permittit. At *Auguſtinus*, *Grotius* aliique id, quod Iudaeis licuit, in Chriſtiano fas eſſe negant, quibus ius canonicum in *c.10.X. de Homicidio* accedit. Nos tamen ſententiam hanc tuebimur, quod Chriſtiano quoque, quicquid *Grotius de Iure Belli ac Pacis l.2. c.1. §.13.* dicat, caedes furis, ſi res ſervari aliter nequeat, ſit permiſſa. Nunc ſaltem contra eos diſputabimus, qui licentiam hanc plus iuſto extendunt. Ipſi conditores legum XII. tabularum hac in re domino nimium indulſerunt, tametſi res ſuas aliter etiam conſervare aut furem comprehendere & ad iudicem ducere potuerit. Teſtes habemus *Ciceronem*, qui *in Orat. pro Milone*: *Duodecim*, ait, *tabulae nocturnum furem quoquo modo interfici impune voluerunt*; *Gellium*, qui *in Noctibus Atticis l.2.c.18.* *Decemviri*, inquit, *furem tum occidi permiſerunt, ſi, quum faceret furtum, nox eſſet*; Vlpianum, qui apud *Licinium Ruffinum in Collatione legum Iudaicarum & Romanarum titulo de Furibus & poena eorum*: *Furem*, ait, *nocturnum lex duodecim tabularum omnimodo permittit occidere.* Adde *Senecam lib.10.Controv. ult. in fin.*

& Au-

B 3 8.

& Auguſtinum in *c. 3. X. de homicidio.* Quapropter Paulus apud *Licinium Ruffinum d. l.* non quidem neceſſe, melius tamen eſſe putat, furem talem capere & magiſtratui offerre. Sic enim ille: *Si quis,* inquit, *furem nocturnum vel diurnum, quum ſe telo defenderet, occiderit, hac quidem lege non tenetur, ſed melius fecerit, qui eum comprehenſum transmittendum ad Praeſidem magiſtratibus obtulerit.* Sed iſta decemvirorum indulgentia & ICtis antiquis & ipſi Iuſtiniano noſtro, ut par fuit, iniqua viſa eſt. Pomponius iam, teſte Vlpiano apud *Ruffinum,* dubitavit, num lex XII. tabularum in uſu eſſet. Qui vero eum ſecuti ſunt ICti, retinuerunt quidem illam, ſed arctioribus limitibus circumſcripſerunt. Et Iuſtinianus noſter non ſimpliciter eam in leges ſuas recepit, ſed tres potiſſimum diſtinctiones, Caium & Vlpianum ſecutus, addidit. Voluit ſcilicet, ut tunc demum furem vel invaſorem nocturnum impune interficere liceat, (1) ſi apprehendere eum ac magiſtratui ſiſtere nequeamus, *l. 5. pr. ad L. Aquil.* (2) ſi parcere ei ſine periculo vitae rerumque noſtrarum non poſſimus, *l. 9. ad L. Corn. de Sicariis.* (3) ſi hoc ipſum periculum noſtrum clamore teſtificati ſimus, nemoque ſuppetitas tulerit, *l. 4. §. 1. ad L. Aquil.* Nihil poteſt eſſe his limitationibus aequius, nihil divino iuri convenientius. Atque tamen ſunt, qui ab iis recedunt & legem XII. tabularum in uſum reducunt. Apud Batavos, ſi *Hubero in Eunomia Romana p. 405.* fidem habemus, Ordines binis edictis nocturni furis caedem indiſtincte permiſerunt. Idem *Huberus d. l.* theologum Marpurgenſem abſolutum imo ne quidem accuſatum fuiſſe, ait, qui hominem noctu aedes ſuas ingreſſum & in cella ſe occultantem interfecerat, tametſi appareret poſtea, occiſorem ſine periculo ſuo ei parcere atque ſtrepitu & voce eum abigere potuiſſe. Neque videmus, quomodo excuſari poſſint, qui cum *Leſſio de Iuſtitia & iure l. 2. cap. 9. dub. 11.* ſtatuunt, occidi poſſe raptorem in ipſa rapina, etiamſi

rem

rem meam per iudicem recuperare queam, nec peccare contra iuſtitiam, qui furem fugientem interficiat.

## XXVIII.

*Simplices minae, non quidem regulariter, ſed aliquando tamen, inculpatae tutelae locum faciunt.*

Non debet ſilentio praeteriri ſententia *Fichardi*, qui *Tom. 3. conſil. 37. n. 14.* ſtatuit, homicidiam a capitali poena liberandum eſſe, ſi minis alterius ad homicidium committendum ſit adductus. Equidem Carolus V. in *Conſtitutionis Criminalis art. CXL.* ait: er iſt mit ſeiner Gegenwehr, biß er geſchlagen wird, zu warten nicht ſchuldig. Sed haec verba, uti ex praecedentibus planum eſt, de eo caſu intelligenda ſunt, quo quis periculum vere ſibi imminere videt, quod arma vel inſtrumenta mortifera adſint, & poſt minas ſtatim impetus fiat. Tunc utique licebit eum, qui minas profudit atque eas exequi conatur, repellere, etiam caede eiusdem, ſi aliter incolumitas obtineri nequeat. At ſolae minae non praebent excuſationem, quo minus is, qui iſtis commotus alterum occidit, pariter occidendus ſit. Debet is, in quem minae iactantur, iudicem adire, atque ab eo petere, ut, qui minas protulit, vel cautionem de non offendendo praeſtet, aut, ſi eam praeſtare nequeat, carceri includatur. *Conſtit. crim. art. 176.* Non negamus tamen, poſſe aliquando accidere, ut quis ob ſolas minas recte interficiatur, nempe, ſi appareat, alterum eas mox executurum eſſe, neque remedium ſuppetat illum repellendi, *L. 1. C. Quando liceat unicuique, ſine iudice ſe vindicare.* Quae res ex circumſtantiis dependet & prudentis arbitrio a *Soto & Struvio de Vindicta privata cap. 4. aph. 2. n. 6.* definienda relinquitur. Vide elegans exemplum apud *Schilterum in Additamentis ad Exerc. 49. n. 8.*

XXIX.

XXIX.

Articuli Carolini 140. *rariſſimus in foro uſus eſt.*

XXX.

*Vt tutela inculpata dici queat, omnia eius requiſita obſervata ſint, oportet.*

XXXI.

*Si in uno peccatum, exceſſus inculpatae tutelae dicitur.*

XXXII.

*Qui exceſſus aliquando morte punitur,*

XXXIII.

*Tunc maxime, quum interfectus iuſtam habuit arma inferendi cauſſam.*

XXXIV.

*Aliquando extra ordinem coercetur.*

Quae in ſaepe memorato *articulo 140.* definitur, inculpata tutela, ex omni parte perfecta, eine rechte &, ut in *articulo 142.* additur, gäntzlich entſchuldigte Noth- und Gegenwehr, ſupponitur. Eius vero exempla rariſſima ſunt. Ego certe intra XXX. circiter annos, quibus collegiis iuridicis adſideo, vel mille caedis reos moderatione inculpatae tutelae ſe excuſaſſe, ex his vero vix quatuor aut quinque plenam ex *art. 139. & 140.* abſolutionem impetraſſe, recordor. Multi ad mortem damnati, plerique extra ordinem puniti, virgis nempe caeſi, relegati, vinculis coerciti, pecunia mulctati ſunt. Atque tamen nullus eorum fuit, qui non aliquam *articuli 140.* partem ad factum ſuum trahere iure videretur. Verum partem eorum, quae in *articulo 140.* praecipiuntur,

obſervatam fuiſſe, non ſufficit. Nihil omnium deeſſe oportet, ut tutela inculpata dici queat. Qui in aliquo peccavit, limites inculpatae tutelae exceſſit, atque vel ordinarie vel aliquando mitius punitur. Coniungendus itaque cum *articulo 140.* eſt *articulus 142. in fine*, atque exceſſus inculpatae tutelae a moderatione inculpatae tutelae diſtinguendus. Ille tamen, ut dixi, non ſemper extra ordinem, ſed ſaepe gladio punitur. Nempe ex his, quae in articulo 140. ad iuſtam defenſionem requiruntur, aliqua abſolute neceſſaria ſunt, aliqua adeſſe quidem oportebat, verum, ſi non obſervata fuerunt, culpam magis, quam dolum, arguunt. Inter illa praecipuum eſt iniuſta invaſio. Qua deficiente, quamvis interfector vitae periculum aliter, quam nece adverſarii, avertere non potuerit, ultimum ſupplicium effugere nequit. Igitur auctor pugnae, item, quemadmodum aliquoties dixi, fur & adulter, ultimo ſupplicio adficiendi ſunt. Clara ſunt *articuli 142.* verba: **ſo einer der erſten Benöthigung halb redlich Urſach zur Nothwehr gehabt, und doch in der That nicht alle Umbſtände die zu einer gantzen entſchuldigten Nothwehr gehören, gehalten hat, iſt Noth gar eben zu ermeſſen, wie viel oder wenig der Thäter zur That Urſach gehabt habe, und daß fürter die Straff, an Leib und Leben, oder aber zur Buß und Beſſerung erkannt werde.** At ſi iniuſte invaſus alia ratione periculum depellere potuit, ſed tamen invaſorem occidere maluit, dandum quid eſt imbecillitati humanae. Rem optime reſponſum ICtorum Helmſtadienſium menſe iulio anni cIↄ Iↄ CCXXII. exaratum illuſtrabit: Daß Inquiſit zwar mit der ordentlichen Todes-Straffe zu verſchonen, jedoch ein Jahr lang bey geringer Koſt zum Veſtungs-Bau oder anderer Arbeit ingleichen zu Erſtattung der durch dieſe Inquiſition verurſachten Unkoſten anzuhalten ſey. V. R. W. Rat. Dec. Inquiſit geſtehet, daß er Toffel Kotzmannen mit dem Meſſer einen Stich zugefüget, und dieſer kurtz hierauff verſtorben.

ſtorben. Ob er nun wohl von den Zeugen überführet iſt, daß er nicht in terminis mere defenſivis geblieben, ſondern den Entleibten einen Schelm und Hunds ꝛc. geſcholten, hiernächſt, da er ſich bereits in der Thüre ſeines Quartiers befunden, und ohne Gefahr retiriren können, ſtille geſtanden und den Entleibten noch darzu heraus gefodert, auch ſeinem erſtem Bekäntniſſe nach ſo gar mit dem Meſſer in der Meynung, den Arm zu treffen, auf ihn loß geſtoſſen, alſo wenigſtens animum occidendi indirectum gehabt, wannenhero es das Anſehen gewinnet, ob ſey Inquiſit mit der ordentlichen Todes-Straffe zu belegen, da zumahl die vorgeſchützte Trunckenheit theils zu Entſchuldigung dergleichen groben Verbrechen nicht hinlänglich, theils der Zeugen Auſſage nach ſo gar übermäßig nicht geweſen iſt. Aldieweil aber 1) Inquiſit weder auctor pugnae noch rixae geweſen, indem 2) der Verſtorbene durch Schlagung ſeines Hundes und Bedrohung wegen des Pferdes Gelegenheit zu Händel an ihm geſucht, hingegen 3) Inquiſit damahlen im Kruge nichts ungebührliches geredet oder gethan, auch ſo gar 4) weitere Verdrüßlichkeit zu meiden aus dem Kruge gegangen, da denn 5) der Entleibte mit gegangen, und 6) aller Vermuthung nach, die inſonderheit durch das dem Inquiſitem ſeines ſtillen und friedfertigen Wandels halber von Gerichts wegen ertheilte Zeugniß ſehr unterſtützet wird, den Wort-Streit und das Schelten wieder angefangen, auch 7) den Inquiſiten zum erſten heraus gefodert, welches denn 8) dieſen aus menſchlicher Schwachheit zum Wiederſchelten bewogen hat, ferner 9) was die Zuckung des Meſſers und Vorhaltung deſſelben betrifft, Inquiſit als ein Frembder und von andern Verlaſſener allerdinges wahrſcheinliche Urſach zu fürchten gehabt, daß der Entleibte nebſt ſeinem Beyſtande auf Inquiſitens Perſon oder auf deſſen Geld einen Anſchlag gemachet, und ihn in ſolcher Abſicht verfolget, weshalben er das Meſſer zu ſeinem Schutze heraus zu kriegen in etwas befugt geweſen, nächſt dem 10) der von dem einem Zeugen angegebene Umbſtand, daß Inquiſit bey dem Eintritte in die Pforte dem Entleibten

050



zugeruffen, er ſolte nur einmahl zu ihm kommen, zwar ein groſſer Exceſſus des moderaminis inculpatae tutelae iſt, jedoch durch die übrige Umbſtände ziemlich emollirt wird, weiter 11) der Verſtorbene auf Inquiſiten zu erſt mit der Spiß-Ruthe zugeſchlagen, mithin der ohnfehlbahre auctor pugnae geweſen, alſo 12) der hieraus erwachſene hefftige Zorn den ohnedes betrunckenen Inquiſiten einiger Maſſen auſſer ſich ſelbſt geſetzt, daß dieſemnach der dem Entleibtem zugefügte Stich, wenn es ſich ſchon damit nach des Inquiſiten erſtem Bekäntniſſe verhalten ſolte, in etwas entſchuldiget wird; So können wir den Inquiſiten nicht vor einem boßhafften und vorſetzlichen Todtſchläger halten, ſondern meynen, daß der von ihm in der Defenſion aus Zorn und Trunckenheit begangene Exceſſ nur auſſerordentlich zu beſtraffen ſey. Und hat uns auch der Staupenſchlag bey angeführten Umbſtänden zu hart, die bloſſe Landes-Verweiſung aber, da Inquiſit ohnedes ein Ausländer iſt, zu wenig gedeucht, weshalben wir Inquiſiten ein Jahr lang zum Veſtungs-Bau oder anderer Arbeit condemniret.

## XXXV.

*Quae de probatione inculpatae tutelae in articulis 141. & 142. praecipiuntur, hodie ob mutatam iudiciorum criminalium faciem fere uſum non habent.*

## XXXVI.

*Iudex itaque hodie ex officio de probatione eſt ſolicitus.*

## XXXVII.

*Quae probatio plerumque anceps eſt, atque tunc ICti vel ad iusiurandum purgationis, vel ad tormenta confugiunt.*

## XXXVIII.

*Sed praeſtat media via, ut ſcilicet ſtatim poena extraordinaria decernatur.*

In litibus circa moderationem inculpatae tutelae difficillimum eſt probatio; quae quando vel accuſatori vel reo imponenda ſit, ſolicite admodum definit *Carolus V. in articulis 141. & 142.* Et hi articuli veteri formae iudiciorum criminalium optime conveniunt. At poſtquam hodie ea forma immutata, atque in plerisque Germaniae provinciis accuſationes vel plane non vel raro adhibentur, iſtorum articulorum nullus fere ſupereſt uſus, ſed iudex ex officio circa probationem eſt ſolicitus, atque in veritatem eorum, quae vel fama & delatores contra reum deferunt, vel reus in ſuam excuſationem allegat, accurate inquirit. Verum & poſt accuratam inquiſitionem plerumque res incerta manet, ac iudex, abſolvendusne an condemnandus ſit reus, anceps haeret. Iubetur tunc *in articulo 143.* prudentiores conſulere, qui, uti pariter homines ſunt, ipſi quoque fluctuant ac inter ſe diſſentiunt. Igitur vel ad tormenta vel ad iusiurandum purgationis confugiunt; quae duo remedia quam ſint fragilia ac ſaepiſſime fallant, cordati omnes intelligunt. Cohorreo itaque, quoties alterutrum decernendum eſt, & infinitis exemplis convictus, vel periurium, vel confeſſionem innocentis, ſed infamium dolorum impatientis rei, metuo. Quae dum conſidero, mediam potius viam, ipſo *Carolo V. in articulo 142.* duce, inter condemnationem & abſolutionem eligo, atque, niſi aut graviſſima contra reum indicia, aut pro innocentia eiusdem argumenta contrarium ſvadeant, confeſtim poenam extraordinariam, ſine tormentis & iureiurando, decerno. Feci hoc nomine ICtorum Helmſtadienſium menſe iulio anni cIↄ Iↄ CCXXVIII. Daß Jacob Jäckel von der angeſtellten Inquiſition gäntzlich zu entbinden, Johann Friedrich hingegen ein Jahr lang mit Veſtungs-Bau zu beſtraffen, auch alle durch dieſe Inquiſition verurſachte Unkoſten zu bezahlen ſchuldig ſey. V. R. W. Rat. Dec. Hanß Hauer hat auf ſeinen Schwieger-Sohn Jacob Jäckeln aus Urſachen, daß dieſer wegen ſeiner Frauen Mitgifft

einen Anſpruch gemacht, einen Unwillen gefaſſet, und iſt mit ihm, da ſie einander beyde begegnet, und Hauer eine Furcke, Jacob eine Flinte in Händen gehabt, handgemein worden, beyde ſeynd im Schlagen auf die Erde gefallen, biß Hanß Hauers Sohn darzu gekommen und Jacob Jäckeln ſich zu retiriren gezwungen, ihm auch die Flinte hinweg genommen. Hanß Hauer hat bey dieſer gegen Mittag paſſirten Schlägerey mehr nicht als eine leichte Contuſion am Geſichte bekommen, und hat der Schwieger-Sohn ſich dergeſtalt vor ihm in Acht genommen, daß, wie er ihn nachgehends in das Hauß, in welchem er geweſen, kommen ſehen, er ſich in einer Cammer verſtecket; Am Abende deſſelbigen Tages iſt des Jacobs Bruder, Johann Friedrich, in eben das Dorff, wo ſich der Handel zugetragen, gekommen, und hat davon Nachricht erhalten. Als dieſer in Wachmanns Hauſe bey Tiſche geſeſſen, iſt Hanß Hauer gleichfalls dahin gekommen, aber, ſo bald er ſeines Schwieger-Sohns Bruder anſichtig geworden, zurück gegangen, da ihm denn dieſer auf den Fuß nachgefolget, nach einigen Wort-Wechſel die Flinte genommen und mit ſelbiger ſolche Schläge zugefüget, daß der Geſchlagene nach des Medici und Chirurgi Urtheil nothwendig davon ſterben müſſen. Was nun den Schwieger-Sohn Jacob betrifft, ſo finden wir nicht das geringſte, was denſelben graviren könnte. Dieſemnach haben wir ſelbigen völlig abſolviret. Mit Johann Friedrich Jäckeln hingegen iſt die Sache intricater. Daß derſelbe Hauern umbgebracht, iſt auſſer Zweiffel. Allein er giebt eine Nothwehre vor, und erzehlet; Der Erſchlagene habe, als er ihm nachgefolget, geſaget: Du Canaille, du Schelm, du Dieb, ſtehe, ich trecke; habe das Gewehr auf ihn gehalten, den Hahn loß gezogen, daß auch das Pulver von der Pfanne abgebrandt, worauff Inquiſit ihm das Gewehr aus der Hand geriſſen und damit anfänglich über den Arm geſchlagen, endlich, da ihm Hauer ins Geſichte greiffen wollen, ſelbigen zur Erde geworffen und mit dem Flinten-Lauffe umb die Rippen geſchlagen. Von allen dieſen Umbſtänden weiß kein Zeuge was zuſagen, weil niemand gegenwär-

wärtig geweſen; und der Erſchlagene hat auf dem Todt-Bette die Sache gantz anders erzehlet, daß er nehmlich anfänglich zwar den Thäter gedutzet, jedoch nachgehends, als er ihn erkannt, um Vergebung gebeten, ihm auch die Flinte auf ſein Verlangen hingegeben, aber von ihm damit ſo erbärmlich zugerichtet worden. Es kömmt alſo die Entſcheidung dieſer Sache nach Vorſchrifft der Peinlichen Halß-Gerichts-Ordnung *art. 143.* auf die Umbſtände und des Ermeſſen eines guten verſtändigen Richters an. Dem Inquiſitem kommt zu ſtatten, daß der Erſchlagene ein unruhiger Mann geweſen, die Schlägerey den Morgen früh mit ſeinem eigenem Schwieger-Sohne angefangen, nach derſelben wieder mit der Miſt-Furcke in das Hauß, worinnen dieſer Schwieger-Sohn geweſen, gekommen, und ſelbigen vermuthlich aufgeſuchet, auch, da ſelbiger ſich verſtecket, bey dem Weggehen geſaget: nun komm, du Luder, nun bin ich allein; ja 2. Stunden hernach und zwar in der Nacht mit der Flinte wieder eben dahin gegangen, demnach, wie man faſt ſchlieſſen muß, wenig gutes im Sinne gehabt, auch, als Inquiſit ihm nachgefolget, mit Dutzen und Schelten den Anfang gemachet, ja vorher auf ſeine eigene Kinder, daß ſie ihm untreu wären und nicht genung beygeſtanden, geſchmählet. Dahingegen iſt wieder Inquiſiten, daß er, als Hauer zurück gegangen, ohne einige Noth aufgeſtanden und ihm aller Vermuthung nach in der Meynung, den ſeinem Bruder erwieſenen Schimpff zu rächen, nachgefolget, dabey ſo erhitzt geweſen, daß er des Hauers Worte: o ſind ji dat, vergebet es mir; welche doch die Kinder ſeinem eigenem Bekäntniſſe nach gehöret, und ihm folgends wieder geſaget, nicht gehöret haben will, ferner, als er von Hauern die Flinte bereits in Händen, demnach nichts ſonderliches mehr zu befürchten gehabt, ja dieſer ſchon auf die Erde gelegen, doch mit ſolcher Wuth auf ihn loß geſchlagen, daß man es über etliche Häuſer hören können, endlich nach der Schlägerey ſich deſſen, daß er den Erſchlagenen prav zugedecket, berühmet, und nur hinzu gefüget, er habe des Kopffs geſchonet, damit es ihm nicht am Leben ſchaden könte.

Bey ſo geſtalten Sachen ſiehet man wohl, daß Inquiſit zwar eben
nicht die Intention gehabt, den Hauer todt zu ſchlagen, jedoch,
und wenn gleich Hauer auctor rixae und gar pugnae geweſen
wäre, er der Jäckel das moderamen inculpatae tutelae erſchreck-
lich excediret, demnach die in unſerem Urthel geſetzte Straffe
wohl verdienet, und nur in Anſehung des faſt ein Jahr lang aus-
geſtandenen Gefängniſſes noch ſo gelinde durchgelaſſen worden;
atque iterum nomine Scabinorum Vitembergenſium menſe
ianuar. anni cIɔ Iɔ CCXXXII. Dieweil der Witzele Vorge-
ben, daß Schlott, welcher doch nicht betruncken auch ſonſten ein
friedfertiger Mann geweſen, anbey kein zu Beleydigung oder
Töotung der Menſchen gewöhnliches oder zu ſeiner Defenſion
bequemes Inſtrument bey ſich gehabt, zwey ſtarcke Männer auf
öffentlicher Straſſe ohne gegebene Urſache angefallen und durch
Schläge provociret, nicht die geringſte Wahrſcheinlichkeit hat,
und der von ihnen zu Abwendung der gefoderten Satisfaction und
beſorgten Straffe geleiſtete Eyd in keine ſonderliche Betrachtung
kommt, wenigſtens der von Schlotten abgelegte Eyd vor Gefehr-
de gleichmäßigen Glauben verdienet, hiernächſt Schlotts Erzeh-
lung, wie er zu erſt wegen der weggenommenen Handſchuh zu Re-
de geſtellet und angefallen, und dadurch, ſich mit dem ohne einiges
böſes Anſehen bey ſich gehabtem Spaten zu wehren, gemüßiget
worden, durch die in Actis vorkommende Umbſtände, inſonderheit,
daß die Witzele einander wegen der Handſchuh vexiren wollen,
auch, da Schlott zu ihnen gekommen, darüber würcklich im Wort-
wechſel begriffen geweſen, Jacob auch die Handſchuh damahlen
noch nicht wieder gegeben gehabt, alſo die von dem verſtorbenem
Jacob gebrauchte Worte : Da kommt der Schwartzrock, wel-
cher bey uns geſeſſen; klärlich genung dahin, Schlotten bey dem
Bruder verdächtig zu machen und in die Vexirerey zu ziehen, ab-
geziehlet, ferner beyde Witzele in der Schlägerey die Oberhand
gehabt, Schlotten übel zugerichtet, und umb Friede und Barm-
hertzigkeit zu bitten gezwungen, ja nach zweyer Zeugen Auſſage
durch

643.

durch Anbiethung eines Vergleichs vom Klagen abhalten wollen, Schlott aber nichts deſtoweniger geklaget; kräfftig unterſtützet wird; So wird Inquiſit Schlott mit der peinlichen Frage billig verſchonet, auch, in Anſehung der ihn entſchuldigenden Umbſtände, und des bereits abgelegten und dem Reinigungs-Eyde gleich zu achtenden Eydes vor Gefehrde, von der Inquiſition entbunden, jedoch wegen des unterlauffenden Exceſſes, über das bereits ausgeſtandene, noch 2. Wochen lang mit Gefängniß, oder umb 2. Rßo. beſtrafft, und zu Bezahlung aller durch dieſe Inquiſition verurſachten Unkoſten angehalten.

## XXXIX.

*Reus caedis, qui probationem inculpatae tutelae offert, ab ea, etſi difficillima, diuturna & ſumptuoſiſſima ſit, excludi non debet.*

## XL.

*Quodſi probationes ipſi ſine dolo vel culpa intervertantur, nec mors nec quaeſtio, ſed vel iusiurandum purgationis, vel poena extraordinaria decerni poteſt.*

Quod ſupra diximus, *articulorum 141. & 142.* mutata hodie iudiciorum criminalium facie, exiguum ſupereſſe uſum, eo extendi non oportet, ut reo probationem ſibi *in articulo 141.* permiſſam offerenti haec deneganda ſit. Sed audiendus eſt, quamvis haec probatio difficilis & ſumptuoſa ſit, multumque temporis requirat. Commemorabo exemplum: Reus caedis, in Pruſſia factae, Hamburgi capitur nec caedem negat, ſed moderationem inculpatae tutelae obtendit. Senatus Hamburgenſis in Pruſſiam ſcribit, & acta



ſuper

ſuper caede confecta requirit. Reſpondent Pruſſi, narrantque breviter; reum iam apud ſe in vinculis iacuiſſe, ac ad quaeſtionem damnatum fuiſſe, ſed, antequam ea haberi potuerit, profugiſſe; acta vero non addunt. Quibus literis acceptis, ſenatus Hamburgenſis ICtos exteros conſulit, qui, quaeſtionem iam olim in Pruſſia decretam habendam eſſe, reſpondent. Tum reus, latam adverſus ſe in Pruſſia ſententiam iniuſtam, atque a ſe contra appellatum fuiſſe, & innocentiam ſuam ex actis Pruſſicis lucide apparere, queritur, ſeque ad probationem inculpatae tutelae paratum eſſe, ad hanc vero actis Pruſſicis, quae ideo requirenda ſint, opus habere, ait. Replicat advocatus fiſci, nam Hamburgi accuſationes ſolemnes frequentantur, reum moras ſaltem & effugium quaerere, dum optime ſciat, acta ex Pruſſia vel plane non vel difficulter ac poſt multum tempus cum maximis ſumptibus obtentum iri, ſententiam, olim in Pruſſia latam, iuſtam actisque conformem praeſumi. Verum ICti Helmſtadienſes menſe ianuario anni cIↄ Iↄ CCXXI. negarunt, reum a beneficio probationis, quod *articulus 141.* ipſi indulgeat, excludi iure poſſe. Apparebat tamen, Pruſſos forte vel non reſponſuros vel acta non miſſuros. Atque tunc probatio reo immerenti auferebatur. Igitur nec hoc caſu quaeſtio haberi poterat, ne reus, ſe opprimi queri poſſet. Vide *L. 18. §. 9. de Quaeſtionibus & L. 4. §. 2. de Requirendis vel abſentibus.* Itaque iterum tunc media via, quam ſupra monſtravimus, placuit, &, quia iusiurandum purgationis ſine maximo periurii periculo non poterat, poena extraordinaria decreta fuit: Nunmehr aus den Acten ſo viel zu befinden, daß vor allen Dingen bey Königl. Preußiſcher geheimbder Rath-Stube zu Königsberg umb Communication der zu Memel ergangenen Inquiſitions-Acten anzuſuchen, und nach deren Einlangung Angeklagter annoch mit einer Defenſion zu hören, immittelſt aber

aber in einem Zuchthauſe oder anderem wohlverwahrtem Orte bey mäßiger Koſt zu beſtändiger Arbeit anzuhalten, auch, im Fall etwa die obgedachte Acten nicht zuerlangen wären, ſeine übrige Lebens-zeit daſelbſt zu laſſen ſey. V. R. W. Rat. Dec. Ob wohl Angeklagter wegen des zu Memel an Madewitzen begangenen Todtſchlages überaus ſtarcke Indicia, inſonderheit die in dem Memelſchem Interlocute enthaltene rationes, die aus dem Königlichem Hoff-Gerichte erfolgte Confirmatoriam und darinnen befindliche Schärffung der erkannten Tortur, die aus dem Gefängniſſe unternommene Flucht, die nach der Zeit abermahl an einem Mouſqvetier zu Boitzenburg begangene Entleibung, die Jürgen Paul Büſchen zugefügte gefährliche Wunden, und viel andere ausgeübte Miſſethaten, wieder ſich hat, mithin es das Anſehen gewinnet, ob ſey die Tortur des Memelſchen homicidii halber in erſter Inſtantz wohl erkannt worden. Aldieweil aber Angeklagter, ehe er ſich auf die Flucht begeben, von den zu Memel und Königsberg geſprochenen Urtheilen an das Ober-Appellations-Gericht appelliret, dieſes die Appellation angenommen und Angeklagten noch einmahl zu hören beſchloſſen, dieſemnach ſelbiger auch alhier mit ſeiner Defenſion annoch zu hören iſt, gleichwohl ſolche Defenſion ohne die Haupt-Acten nicht füglich geführet werden mag, deren Mangel hingegen durch den von Memel überſchickten Extract nicht ſuppliret wird, als worinnen die zu Angeklagtens Exculpation dienende und von dem Ober-Appellations-Gerichte bey Annehmung der Appellation in Betrachtung gezogene Umbſtände nicht zu befinden ſeynd, und denn eine groſſe Unbilligkeit ſeyn würde, den Angeklagten, wenn es ſich ſeinem Anführen nach mit der Entleibung verhalten und des Entleibten eigene Entſchuldigung in den Acten anzutreffen ſeyn ſolte, mit der peinlichen Frage zu belegen; So haben wir kein beſſeres Mittel geſehen, als daß die Communication der Memelſchen Inquiſitions-Acten bey der Königsbergiſchen geheimbden Raths-Stube, welche

ſolche zu Behuff der Gerechtigkeit nicht verſagen wird, geſuchet, und Angeklagter indeſſen in einem Zuchthauſe, Veſtung oder anderem dergleichen Orte zur Arbeit angehalten, auch, daferne die Acta von Königsberg nicht einlauffen ſolten, mithin der Memelſche Todtſchlag nicht gründlich unterſuchet werden könte, ſeine übrige Lebenszeit daſelbſt, theils die andere von ihm begangene Miſſethaten zu beſtraffen, theils dem gemeinem Weſen von dieſem böſem gefährlichem Menſchen Ruhe und Sicherheit zu ſchaffen, gelaſſen werde.

## XLI.

*In probatione inculpatae tutelae ea, quae occiſus ante mortem dixit, conſiderantur.*

## XLII.

*Qui, ſi occiſorem ipſe excuſavit, multum fidei habet,*

## XLIII.

*Sed, ſi eum accuſavit, aliquod ſaltem indicium facit, quod, niſi aliis argumentis fulciatur, non probat.*

## XLIV.

*Quae vulneratus, qui ſe extra periculum mortis eſſe credit, contra vulnerantem etiam iurato perhibet, fidem nullam habent, etſi is deinde ex vulnere moriatur.*

In probatione inculpatae tutelae quaeſtio ſaepius incidit, quousque teſtimonio eius, qui occiſus eſt, ante mortem per-

645.

perhibito, fides habenda ſit. Eſt hac fides ſine dubio maxima, ſiquidem ad excuſandum reum tendit, *L. 2. de S. C. Silaniano*, de quo vide *Specimen CXLIV. de Morte vim iurisiurandi habente*, *medit. 8.* longe minor autem, quando teſtimonium moribundi contra reum latum eſt. Neque enim illud tunc aliter attenditur, quam, ſi aliis argumentis fulciatur, *L. 3. §. 1. de S. C. Silaniano.* Adde *modo dicti Speciminis medit. 5, 6, 7.* Tunc vero effatum interfecti nullius plane ponderis eſt, quando is hoc edidit, dum de morte adhuc non cogitavit, ſed vel iniuriam ſibi per vulnus, quod mortiferum eſſe neſciebat, illatam perſequi, vel ſe ipſum apud iudicem, in rixam & pugnam inquirentem, excuſare ac a poena liberare voluit. Sic igitur ICti Helmſtadienſes menſe iulio anni cIↄ Iↄ CCXVI. reſponderunt: Oſterdorp hat durch einen Zeugen, wieder deſſen Perſon Fiſcalis nicht das geringſte einzuwenden vermag, dargethan, daß er bey der mit Ortlieben vorgegangenen Schlägerey in allen Stücken das moderamen inculpatae tutelae in Acht genommen. Ob nun wohl Fiſcalis dagegen anführet, es ſtehe dem Inquiſitem des verſtorbenen Ortliebs nach ſeiner Verwundung gethane Auſſage im Wege. Aldieweil aber Inquiſit von den Schlächtern mit mördlichen Prügeln angegriffen worden, demnach auf ſelbige mit dem Degen zu ſtoſſen und ſie zurück zu treiben wohl befugt geweſen, ferner des Verſtorbenen Auſſage kein eigentlich auf dem Todt-Bette gethanes Bekäntniß, ſondern vielmehr eine Klage iſt, welche er zur Zeit, da er ſich noch nicht in Lebens-Gefahr zu ſeyn geglaubet, umb ſeine Privat-Satisfaction zu erlangen angebracht, der denn, bekannten Rechten nach, wenig ja gar kein Glaube beyzumeſſen iſt; So ſeynd wir Inquiſiten loß zuſprechen bewogen worden. Quin imo tunc nec iurato quidem dicto interfecti credendum eſt. Memorabile exemplum Scabinis Vitembergenſibus menſe ian. anni cIↄ Iↄ CCXXXII. oblatum fuit. Venit quis in ius, ac ſe a duo-

duobus fratribus in publico itinere invaſum, verberibusque male mulctatum queritur, ac damna ſibi in veſtimentis illata, nec non ſumptus in curam vulneris factos, reſtitui ac dolores penſari petit. Reis invaſionem negantibus, ac ſe potius invaſos dicentibus, iusiurandum defert, quod illi, praeſtito ab actore iureiurando calumniae, accipiunt praeſtantque, ac deinde ab actione abſolvuntur. Paulo poſt unus ex iis moritur, & medici, inſpecto cadavere, renunciant, obiiſſe eum ex vulnere, quod in pugna illa acceperit. Tum actor in vincula coniicitur, nec vulnerationem negare poterat, ſe tamen invaſum fuiſſe dicit, atque moderamen inculpatae tutelae praetexit, verum a iudice, maxime propter iusiurandum a defuncto praeſtitum, ad quaeſtionem & fidiculas damnatur. Damnatus appellat, actisque Vitembergam miſſis, abſolvitur ex rationibus: Dieweil der von den Witzeln zu Abwendung der gefoderten Satisfaction und beſorgten Straffe geleiſtete Eyd in keine ſonderliche Betrachtung kommt, wenigſtens der vom Schlotten abgelegte Eyd vor Gefehrde gleichmäßigen Glauben verdienet, hiernächſt die von einem auf dem Todt-Bette liegendem Menſchen wieder ſeinen Beleydiger angebrachte Beſchuldigung, bey ermangelnden anderen Anzeigungen, nicht einmahl zur gefänglichen Hafft, viel weniger zur peinlichen Frage hinlänglich iſt ꝛc.

## XLV.

*Exceptio inculpatae tutelae, etſi inveriſimilis videatur, nontamen ſimpliciter reiicienda, ſed veritas eius modis legitimis inveſtiganda eſt.*

Ait

Ait *Carolus V. in articulo 144.* moderationem inculpatae tutelae, a viro, qui ſeminam occiderit, allegatam, etſi veriſimilis non ſit, audiendam tamen & excutiendam eſſe. Rectius Carolus generaliter dixiſſet; exceptionem inculpatae tutelae, etſi inveriſimilis videatur, non tamen ſimpliciter reiici oportere. Ex ratione ergo iſtius articuli, quae in verbis: **ſo wäre doch müglich**; latet, colligimus; 1) etiam contra puerum allegari hoc moderamen poſſe, 2) peccaſſe iudices Heidelbergenſes apud *Bachovium in nota ad Weſemb. Paratit. l. 48. tit. 8. num. 22.* qui capitalem tulerunt ſententiam in duos, qui unum, a quo ſe ambos invaſos dicebant, occiderant, quod tale moderamen veriſimile non videretur. Recte addit Bachovius, hanc ſententiam multis duram viſam fuiſſe. Certe nobis ipſis durior videtur ex rationibus ſupra memoratis.

## XLVI.

*Oratio Ciceronis pro Milone perfectiſſimum eſt defenſionis ex capite inculpatae tutelae exemplum.*

Si cui advocato defenſio rei, de homicidio accuſati, ac moderationem inculpatae tutelae obtendentis, contingit, huic ego, ut *Ciceronis orationem pro Milone* legat, & argumenta, quibus Cicero utitur, apte in ſuam orationem ſcriptumve transferat, auctor ſum. Nihil in hoc genere extat melius. Scripſit Cicero ſecundum *Aſconium Pedianum in Comment. ad Ciceronis orat. pro Milone pag. 2781.* hanc

hanc orationem ita perfecte, ut inter orationes Ciceronis iure prima haberi poſſit. Nam, quum inter amicos Milonis de ratione, qua Milonem defendi oporteret, deliberaretur, & quibusdam placuiſſet, ita defendi crimen, interfici Clodium pro republica fuiſſe, Ciceroni id non placuit, quod non, qui bono publico damnari, idem etiam occidi indemnatus poſſet; itaque Clodium Miloni feciſſe inſidias diſputavit: eoque tota oratio eius ſpectavit; in qua oratione infinita ſunt, quae defenſorem mirifice iuvabunt, loca, ex quibus unicum hic excerpio: *Si tempus eſt ullum iure hominis necandi, quae multa ſunt, certe illud eſt non modo iuſtum verum etiam neceſſarium, quum vi vis illata defenditur. Quid comitatus noſtri, quid gladii volunt; quos habere certe non liceret, ſi uti illis nullo pacto liceret. Eſt igitur haec, iudices, non ſcripta, ſed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus, ad quam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus; ut, ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, ſi in tela aut latronum, aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expediendae ſalutis. Silent enim leges inter arma, nec ſe exſpectari iubent, quum ei, qui exſpectare velit, ante iniuſta poena luenda ſit, quam iuſta repetenda. Sin hoc & ratio doctis, & neceſſitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipſa praeſcripſit, ut omnem ſemper vim, quacunque ope poſſent, a corpore, a capite, a vita ſua propulſarent; non poteſtis hoc facinus improbum iudicare, quin ſimul iudicetis, omnibus, qui in latrones inciderint, aut illorum telis, aut veſtris ſententiis eſſe pereundum.*

XLVII.

047.

## XLVII.

*In probatione inculpatae tutelae maximae ad vitam & mores utriusque reſpici oportet.*

## XLVIII.

*Si alter ex iis rixoſus & pugnax fuit, contra hunc, quod auctor rixae pugnaeve fuerit, praeſumitur.*

## XLIX.

*Quae praeſamptio plus quum ſemiplenam probationem ac iuriiurando locum facit.*

Praecipuum *orationis pro Milone* artificium non in illo, quem modo memoravi, loco communi, ſed in hoc conſiſtit, quod Clodium interfectum tanquam hominem inquietum, rixoſum, turbulentum & generis humani quaſi hoſtem deſcribit. Hoc inter argumenta Ciceroniana eminet, hoc in ſingulis paginis recurrit, hoc lectoris animum inprimis movet, &, ut Miloni favere. Clodium vero odiſſe incipiat, facit. Dici non poteſt, quam ſibi hac ratione orator & cauſſae patronus viam ad victoriam ſternat. Ego profecto, quoties de moderamine inculpatae tutelae diſceptatur, confeſtim ad vitam & mores utriusque pugnatoris reſpicio. Eſt nempe genus quoddam hominum, in perniciem aliorum natum, improbum ac nefarium,

 ſed

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169024-p0055-7
DFG

ſed quod ex hac improbitate ſua gloriam, laudem & voluptatem aucupatur, nec ſine rixa & pugna vivere ac dormire poteſt. Deſcribit talem hominem *Iuvenalis Satyra III. v. 278. ſqq.*

*Ebrius ac petulans, qui nullum forte cecidit,*
*Dat poenas, noctem patitur lugentis amicum*
*Peleidae, cubat in faciem, mox deinde ſupinus.*
*Ergo non aliter poterit dormire; quibusdam*
*Somnum rixa facit.*

Sed quid Iuvenali opus eſt? Videmus quotidie inter nos huiusmodi cives, malos, veſanos, rixoſos, pugnaces, quibus vita ſine iurgio oneri eſt. Videmus, inquam, eos, odimus etiam ac digito monſtramus, ſed tamen eiicere, aut in ius vocare non audemus. Vitamus illos ſaltem ac tanquam malum augurium taciti deteſtamur, deumque, ut peſtem hanc e civitate exterminet, oramus. Et expoſcit etiam Deus tandem poenas, raroque hoc hominum genus ſicca morte perire ſinit. Ac ipſa mors eorum ſemper fere ex ſingulari providentia quid ſingulare habet, ut latere non poſſit, ſed publico exemplo ſit, & alios eiusdem farinae homines terreat. Qui veteres annales legunt, dum in annum 1689. incidunt, ſubſiſtunt in funeſtiſſimo incendio, quo die 19. aprilis theatrum regis Daniae, ac in eo flos aulae & civitatis Hafnienſis, miſerabiliter combuſtum eſt. Ego hanc narrationem & indicem hominum, quos ignis abſumpſit, nunquam ſine horrore lego, donec in indice hoc ad verba illa venio: **Der bekannte *Duelliſt*, Rittmeiſter Erödel, welcher über 12. Perſonen in *Duelli*ren hin und wieder erleget.**

Huius

Huius mortis memoria me recreare & voluptate adficere incipit, odio hominis.

*Odimus accipitrem, qui ſemper vivit in armis.*

Plerumque vero inquieti hi & pugnaces homines in periculo, cui caput ſuum quotidie obiiciunt, intereunt, atque ab his, quos contempſerunt & laceſſiverunt, trucidantur. Parum abeſt, ut interfectoribus his non ſolum poenam nullam infligi, ſed etiam tanquam liberatoribus generis humani ſtatuam & aram poni oportere, dicam. Verum hoc leges noſtrae non ſinunt. Attamen, quando cauſſam capitis dicunt, mirifice illis favemus, &, ſi modo legitime poſſumus, effugium indulgemus. Inprimis, quando moderamen inculpatae tutelae allegant, facile iis fidem adhibemus, & peſſimos interfecti mores pro probatione fere plena, quod adgreſſor fuerit, accipimus. Praeſumptio haec fortiſſima eſt, & coniecturas, quae interfectorem ſuſpectum reddere poterant, pondere ſuo vincit. Offerebatur ICtis Helmſtadienſibus menſe novembri anni cIↄ Iↄ CCXXIV. ſpecies, in qua contra eum, qui moderationem inculpatae tutelae obtendebat, multa, inprimis diſſimilitudo armorum, & quod ipſe ſocium habuiſſet, occiſus ſolus fuiſſet, erant. Iuvabat eum unice, quod ex actis indubitate appareret, illum maxime pacificum, ſed adverſarium hominem pugnaciſſimum, qualem Iuvenalis ſupra deſcribit, fuiſſe. Admiſimus ergo reum ad iusiurandum, atque hoc praeſtito, levi poena propter exceſſum inculpatae tutelae adfecimus: Wird der Inquiſit Biene einer an dem Hauptmann Kleinen verübten Mordthat beſchuldiget, welches jedoch Inquiſit beſtändig leugnet, und dabey ein moderamen inculpatae tutelae vorſchützet.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169024-p0057-8

ſchützet. Nun wird zwar Inquiſit mit dieſem Moderamine nicht fortkommen, nachdem er ſelbſt geſtehet, den Entleibten, als derſelbe im Vorbeygehen an ihn geſtoſſen, zu erſt zur Rede geſtellet, alſo den Anfang des Streits wenigſtens mit Worten gemachet, folgends mit bloſſem Degen auf gedachten Entleibten, der doch ſeinen Degen nicht entblöſſet gehabt, ſtarck zugehauen, und demſelbem unterſchiedene groſſe Wunden zugefüget zu haben, auch durch etliche eydliche Zeugen überführet iſt, daß nicht er, ſondern der Entleibte, gewichen, und von ihm einige Schritte lang getrieben worden. Es gehet demnach nicht allein das moderamen inculpatae tutelae ab, ſondern es bleibet auch ſtarcker Verdacht übrig, daß Inquiſit dem Kleinen vorſätzlicher Weiſe nebſt dem entwichenem Winter aufgepaſſet, indem er mit dieſem Winter, der ehemahls mit Kleinen Händel und alſo einen Groll auf ihn gehabt, auch gegen den Perouqven-Macher, daß er es dem Kleinen gedencken wolle, ſich verlauten laſſen, aus der Geſellſchafft und zwar nach einem Orte, wo Otte Friedrich Werth ſeiner durch den Todt beſtätigten Auſſage nach zwey laurende Perſonen umb eben dieſe Zeit geſehen, gegangen; Nächſtdem iſt ziemliche Vermuthung vorhanden, daß Inquiſit dem Kleinen den tödtlichen Stich zugefüget, indem er ſelbſt bekennet, von Wintern keinen Hieb oder Stich geſehen zu haben, worzu des Phyſici Gutachten, daß des Inquiſiten Degen mit der Wunde durch die Rippen ziemlich überein komme, tritt. Wenigſtens, und wenn auch dieſer Stich von dem Winter herkäme, ſo iſt doch Inquiſit ſonder Zweiffel Auctor des Hiebes in die Hand, aus welchem Hiebe nach dem Urthel des Phyſici und des Balbiers bey entſtandener ſchleunigen Verbindung ein geſchwinder Todt erfolgen müſſen. Dieſemnach gewinnet es das Anſehen, ob hätte Inquiſit, wenn man gleich den wegen des tödtlichen Stichs vorhandenen Verdacht nicht vor hinlänglich hielte, theils in Anſehung

des Hiebes in die Hand, theils in Betrachtung des heimlichen Auflaurens und des mit Wintern gemachten Complots, weshalben ein jeder Beyſtänder am Leben zu ſtraffen iſt, *ordinat. criminal. art.* 148. ſchlechterdings zum Tode verdammet, oder allenfalls der abgeläugneten Puncte halber mit der peinlichen Frage beleget werden ſollen. Aldieweil aber der entleibte Hauptmann ſich faſt als einen raſenden Menſchen aufgeführet, viele Leute ohne alle gegebene Urſache geſchimpffet, geſcholten und geſchlagen, und ihm daher von andern Leuten ein baldiger Todt prognoſticiret worden, geſtalt auch, im Fall ihn einer von denen, die er ſo unverantwortlich beleydiget, auf friſcher That entleibet hätte, dergleichen Tödtung eines böſen und gefährlichen Menſchen entweder keine oder doch eine geringe Straffe nach ſich gezogen haben würde, Beklagter hingegen kein böſes Zeugniß wieder ſich hat, auch mit dem Entleibtem niemahls in Streit gerathen, noch demſelbem auffätzig geweſen, vielmehr der Entleibte ſeines Bruders halben einen Groll auff Inquiſiten gehabt, und demſelbem auf ſein Grüſſen nicht gedancket, ſondern dem Verlaute nach einmahl ſelbſt aufgepaſſet, dieſemnach wohl zu vermuthen iſt, daß der entleibtr Hauptmann aus Ubermuth und vorſätzlicher Weiſe den Inquiſiten mit dem Arme beym Vorbeygehen hart geſtoſſen, und auf dieſes ſeine Anfrage, warumb er ihn ſtoſſe, ihn anfangs nicht ſo hoch geſchätzet, den Degen gegen ihn zu blöſſen, ſondern denſelben in der Scheide behalten, und damit auf ihn loß geſtoſſen, alſo, daß Inquiſit mit ſeinem Degen auf jenen zugehauen, veranlaſſet, und dadurch Auctor pugnae geweſen, hiernächſt vielgemeldeter Inquiſit, als er mit dem Winter aus der Geſellſchafft gegangen, ſich nicht das geringſte von einem Haße gegen den Hauptmann, und daß er ſelbigem aufpaßen wollen, mercken laſſen, ſondern, wie er nach Hauſe gehen wolle, vorgegeben, dabey einen Degen mit einer ſchwachen Klinge an die Seite gehabt, ferner wohl zu ver-

vermuthen iſt, daß Inquiſit, wie er einmahl in die Furie gekommen, auf des Entleibten Degen, ob derſelbe entblößet geweſen oder nicht, keine Achtung gegeben, ſondern in dem Eyfer immer vor ſich weggehauen, endlich der Verdacht wegen des Auflaurens, nachdem der dieſerhalb vernommene eintzele Zeuge in der Dunckelheit nicht recht ſehen noch die Perſonen oder die Farbe ihrer Kleider erkennen mögen, gar ſchwach und zur peinlichen Frage nicht hinlänglich iſt; So wird Inquiſit, daferne er ſich in Gegenwarth eines Geiſtlichen, und nach vorhergehender ſcharffen Verwarnung vor der ſchwehren Straffe des Meineydes, eydlich reiniget, und, daß er weder auf den Hauptmann Kleinen gelauret, noch mit Fleiß Händel geſuchet, ſchwöret, mit der Todes-Straffe verſchonet, gleichwohl nach abgeſchwornen Urpfeden auf zwey Jahr verwieſen, oder umb 50. Thl. beſtraffet, auch zu Erſtattung der durch dieſe Inquiſition verurſachten Unkoſten angehalten.

# FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169024-p0061-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169024-p0062-5

Wittenberg, Diss. 1737

ULB Halle 3
004 087 461

f

56.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169024-p0063-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169024-p0064-7

626.
1737 22 a
25

# DE INCVLPATA TVTELA

*SVB PRAESIDIO*

**AVGVSTINI LEYSERI**

I. C.

IN REGIS POLONIARVM ET PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIS AVLA CONSILIARII, IN ACADEMIA VITEMBERGENSI ORDINARII, CONSISTORII ECCLESIASTICI DIRECTORIS IN TRIBVNALI ET SCABINATV PRIMI ASSESSORIS

*IN AVDITORIO ICTORVM*

DIE XIII. DECEMBR. ANNI MDCCXXXVII

DISPVTABIT

**IOHANNES CHRISTOPHORVS DE LEIPZIGER**

EQVES SAXO.

---

*VVITTENBERGAE* LITTERIS SCHEFFLERIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169024-p0065-2